رسالة الشيخ ناصيف اليازجي البيروتي

الى البارون سلوستري دساسي

المرحوم

في تدارك ما فرط منه

في رواية متن المقامات

الحريرية وتحرير

شرحها

قد تَطَفَّلْتُ به عليك وبى ما بى من المهابة اذ لم تكن ممّن يُقابَل بمثل هذا ولم اكن ممّن يختاره لولا سؤال من تحقّ له الاجابة من رجالكم الكرام وبنآء على ذلك اقول انكم تقولون

فى فصل الخطاب من فاتحة هذا الكتاب

—اما بعدُ لما فضّل الله جنس الناس على سائر المبدعات—

فقد جرّدتم جواب امّا من الفاء وهى لازمة له فى كلامهم وعلى ذلك قول الشيخ الحريرى فى المقامة المعرّيّة أمّا الشيخ فأصْدَق من القطا ، وأمّا الافْضَآء ففَرَط عن خطا ، وفى الزبيديّة أمّا مَعْذِرَتى فقد لاحَتْ ، وأمّا دراهِمُك فقد طاحَتْ ، وفى الصوريّة أمّا القوم فشهود ، وأمّا المقْصِدُ فإملاك مَشْهود ، وهو عكس قولكم فى شرح المقامة الحلبيّة لما ثبت انّه ليس فى كلامهم مثال وُعوت فكتبوا مثل الكُسَى بالياء ادخلتم الفآء فى جواب لما وهى لا تدخله عندهم ابدًا

وعليه قول الشيخ فى المقامة السمرقنديّة فلما نقلتُ اليه قندى ، وملكتُ قولَ عِنْدى عُجْتُ الى الحمّام على الأثَر ، فأَمَطْتُ عنّى وَعْثَآء السَفَر ، وقوله فيها فلمّا رأيْتُ الخُطْبَة نُخْبَةً بلا سَقَط ، وعَروسًا بغير نُقَط ، دَعانى الإعجابُ بنَمَطِها

Profecto, hoc libello tibi offerendo, parasitico quodam modo agere mihi videor, summo timore adfectus, cum major sis, quam cui tale aliquid offeratur; quod ipse non suscepissem, nisi a viro quodam honorando ex popularibus tuis, cui obsequendum erat, rogatus essem. His praemissis dico:

In prooemio

ubi formula usitata librum sic incipis:

.... امّا بعد لمّا („praemissis praemittendis; cum Deus genus hominum omnibus creatis excellentius reddiderit"), apodosin vocis امّا particula ف privasti, quae in sermone arabico necessaria est.

Sic auctoris nostri in consessu Ma'arrensi dictum: „Quod attinet ad senem, avi Qatâ veracior est; quod attinet ad violationem, per imprudentiam accidit."

Sic in consessu Zabidensi: „Quod attinet ad excusationem meam, elucet; quod attinet ad denarios tuos, evanuerunt."

Sic in consessu Ṣurensi: „Quod attinet ad homines, testes sunt; quod attinet ad propositum, nuptiae testibus confirmatae sunt."

Contrarium tibi in commentario consessus Ḥalabensis accidit, ubi dicis: „Cum constaret, in sermone eorum non esse verba formae وَعَوت similia, scripserunt verba formae الكَسَى littera ى"; hic particulam ف apodosi τοῦ لمّا apud Arabes nunquam sic usitatam anteposuisti.

Sic enim dictum auctoris in consessu Samarqandensi: „Quo cum saccharum meum attulissem, et dicere potuissem „nunc apud me est", statim in balneum me contuli, et molestias itineris a me removi."

المجيب ، الى آسْتِجْلآء وجْهِ الخطيب ، وقوله فيها ايضا

فلمّا لحظني خَفَّ في القيام ، وأحفى في الإكرام ،

ثم انّ في قولكم — جنس الناس — نَظَرًا مَنْطِقِيًّا لأنّ الناس نوع من الحيوان فيكون الحيوان جنس الناس وهو غير المراد *

وفيها تَرْوُون للشيخ قوله

قالوا عواذلي ما هذا الغَرام به   أَما تَرَى الشَّعْرَ في خَدَّيْهِ قَدْ نَبَتَا

فالواو من — قالوا — تخالف النُحاةَ لاَلْتزامهم إفْراد الفعل مع الفاعل الظاهر ، والياء من عواذلي تخالف العَروضيّين لإخلالها بالوزن والصواب ان يقال قال العواذل *

وقد رسمتم اتى من قوله — فكيف يرحل عنها والربيع أَتا — بالألف وقياسُه اليآء لانّه من الناقص اليآءيّ وقد ذكر الشيخ حُكْمَه في المقامة الحلبيّة بقوله

إذَا الفعْلُ يومًا غُمَّ عنك هِجَآؤُه   فَأَلْحِقْ به تآء الخِطاب ولا تَقِفْ
فإن تَرَ قَبْلَ التآء يآء فَكَتْبُهُ   بيآء وإلّا فَهْوَ يُكْتَبُ بالأَلِفْ

فاذا أَلْحقنا التآء بأتى قُلْنا أتيْت ولا آلْتِفاتَ الى قولِ مَنْ نقلتم عنه في ما ياتي من الشرح انّ مثل هذا يكتب بالألف لتتناسب القوافي خطّا كما تناسبت لفظا فانّ العبرة عندهم في اللفظ دون الخطّ على انّ المناسبة في الخطّ

Et dictum ejus ibidem: „Cum orationem excellentem, omni vitio immunem, sponsae instar, sine maculis [punctis diacriticis] vidissem, admiratio rationis admirabilis me impulit, ut vultum oratoris retectum videre cuperem.“

Et dictum ejus ibidem: „Cum me adspexisset, in surgendo agilis fuit et in me honorando sedulus.“ —

Deinde dictum tuum جنس الناس (genus hominum) offensione logica laborat; quippe cum notio hominum species animalis sit, genus commune hominum animal est, quod sententiae repugnat. —

Deinde in versibus auctoris nostri a te allegatis: „Dixerunt reprehensores mei: „ cur hic ejus amor tibi est? nonne vides pilos in genis eius pullulasse?“ — tertiam pluralis personam verbi قالوا grammatici improbant, cum ex sententia eorum subjecto apparente verbum in singulari ponendum sit, et ى in voce عواذلى, cum metrum conturbet, artis metricae peritis displicet; quare legendum est: قَالَ عَوَاذِلُ. —

Praeterea in dicto ejus: „Quomodo eam (regionem) relinquat, cum ver venerit?“ verbum أَتَا in fine littera ا scripsisti, analogia litteram ى flagitante, quia ex verbis in ى defectivis est, de quibus auctor noster in consessu Ḥalabensi sic praecipit:

„Si quando tibi obscurum est, quomodo verbum scribendum sit, sine cunctatione notam secundae singularis personae adjice, ante quam si ى apparet, ى scribendum est, sin minus, littera ا scribenda est.“

Nota igitur secundae singularis personae adjecta, formam أَتَيْتَ habemus; neque dictum ejus, quo auctore in commentario usus es, curandum est, in eadem conditione litteram ا scribendam esse, ut homoeoteleuta et scriptura et pronunciatione congruant, pronunciatio enim apud Arabes, non scriptura respicienda est; sae-

كثيرًا ما لا تستطاع لاخلالها بالعبارة كما فى قول الشيخ عُمَر الفارض

قلبى يحدّثنى بانّك متلفى
روحى فداك عرفت ام لم تعرف
لم اقض حقّ هواك ان كنت الذى
لم اقض فيه اسى ومثلى من يفى

فان المناسبة فيه تقتضى الاخلال بالمعنى والاعراب كما لا يخفى وها انتم قد رويتم قول الشيخ فى المقامة الحربيّة

وعَذْرآء فُهْتُ بها فَٱنْثَنى عليهاالـلسانطليقاحبيسا*)
على أنَّنى مِن زمانى خُصِصْتُ بكَيْد ولا كَيْدَ فرْعَوْنَ مُوسى
يُسَعِّرُ لى كُلَّ يَوْمٍ وَغًى أَطَا مِنْ لَظَاها وَطِيسًا وَطِيسا

فرسمْتُمْ موسى بالياء بين قافيَتَيْن كلتاهما بالألف ولم تعتمدوا مناسبة الخطّ ورسمكم اتى بالالف كرسمكم دنا بالياء فى روايتكم لبعضهم فى المقامة الدمشقيّة

جَرَى طَلَقًا حتّى إذا قيل قَدْ دَنى

فانّ قياس رسمه الألف لاننّا اذا ألحقنا به التاء قُلْنا دنوْت والشيخ يقول والّا اى وإن لم تَرَ قَبْلَ التاء ياء فهْوَ يُكْتَبُ بالاَلِفْ وهُنا لا مُناسَبَةَ للخطّ لانّه صَدرُ بيت وتمامُه تَداركه أعْراقُ سَوْءِ فبلّدا ، وهذا وعكسه لا تُحْصَى نَظَائِرُه فى كتابكم *

*) Sic in autographo; apud Harir.: عليها ٱلثّناء طليقًا حَبِيسَا

pissime enim congruentia scripturae effici non potest, quia orationem conturbaret, ut in versu ʿOmari el-Fâreḍ:

„Cor meum mihi indicat, te mihi interitum parare, te, pro quo, sive agnoveris sive non agnoveris, vitam meam profundam. Non praestitero id, quod amori tuo debetur, si is fueris, cujus sollicitudinem non extinxerim; atqui vir qualis ego sum, promissa praestat."

Ibi congruentia, ut plane apparet, conturbationem sensus et desinentiae grammaticalis efficeret. Ipse vero dictum auctoris in consessu Ḥarbensi sic tradidisti:

„Quot virgines [carmina admirabilia] produxi, super quas laudes largissimae et perpetuae effusae sunt; quamquam jam diu dolo, dolo Pharaonis Mosaici majore, a tempore meo prae ceteris petitus sum, quod quotidie mihi tumultum incendit, cujus flammis ferventes lapides singulatim calco", — ubi vocem موسى, quamquam inter duo homoeoteleuta in ا desinentia, littera ى scripsisti, neque congruentiam illam homoeoteleuti in scriptura vindicasti. — Eodem modo, quo verbum اتى per litteram ا, verbum دنا per ى in dicto poëtae in consessu Damasceno allegato scripsisti: Cucurrit impetu, donec, cum dicendum esset „jam appropinquavit," ..... analogia litteram ا jubente, nam nota secundae singularis personae ت adjecta دَنَوْتَ habes, de qua conditione auctor noster sic:

.... „si non (si ante ت littera ى non apparet), littera ا scribenda est ...."

multo potius hic, ubi nulla exstat congruentia homoeoteleuti in scriptura, cum sit prius versus hemistichium, cujus posterius est: „eum propensiones malae naturales assecutae sunt, ut subsisteret."

Cujus rei exempla et contraria in libro tuo innumerabilia sunt.—

ثم ترْوُون للشيخ قوله

كمْ مِنْ ظِبَآء بجاجرٍ فَتَنَتْ بِٱلمَحاجِرِ

فانّ لفظة من فى صدر البيت زائدة على الوزن مفسدة له والصوابُ اسقاطها فيقال كم ظبآء بجاجرٍ *

وفى الخُطْبَةِ

— نستكْفِى بِكَ الإفْتِتَانَ —

بقَطْع همزة المصدر وهى موصولة أبدًا وما أكْثَرَ أمْثالَه فى هذا الكتاب *

وفيها ترون لِعَدِيٍّ قوله

وممّا شجانى انّنى كُنْتُ نائما
أُعَلِّلُ فرط الكرا بالتنسّم

والصواب إفْراطَ الْكِرى لإقامة الوزْن *

وفيها — وبالله أعتَضِدُ فيما أعْتَمِدُ — وقد وصلتم فى بما والصواب فصْلُهما لانّ ما اذا كانت اسمًا موصولاً لا تتّصِلُ بما قبلها خطًّا ، ومثْلُ هذا فما ترَى فيما ذكَرْتُ ما ترَى فى الكوفيّة واشَدُّ منهما مَتَيما دستُهُ تَمَّ فيها ايضًا وصلتم متى بما والألف لا تتّصل بما بعدها فى الخط سوآء كتبت بصورتها ام بصورة اليآء فهى تُرْسَم مع غيرها منفصلة كما ترسم

Ubi versum auctoris nostri profers:

„Quot dorcades ad ripam rivuli oculis suis fascinavêrunt;“ particula مِنْ in primo hemistichio versus supervacua est et metrum conturbat; ea igitur abjecta dicendum est كَمْ ظَبآءٍ بِحاجِرٍ. — Deinde

In praefatione Ḥaririana:

„Petimus abs te, ut nos a tentatione tuearis,“ infinitivum الإِفْتِتَان per hamzam separationis scripsisti, quamquam semper hamza conjunctionis est. Quot vero in libro tuo hujus rei exempla inveniuntur! —

Ubi versus ʿAdii commemoras: „Aegritudine me affecit, quod aliquando cubabam, nimiam somnolentiam suavi respiratione demulcens,“ integritatis metri causa إِفْراطُ الكرى legendum est. —

Ibidem in propositione: „Dei auxilium in propositis meis imploro,“ vocem فيما particula فِي cum ما in scriptura conjuncta falso scripsisti, quia ما, si nomen conjunctivum est, nunquam cum voce antecedenti in scriptura conjungitur. — Simile in loco consessus Cufensis tibi accidit: „Quid censes de eo, quod commemoravi; quid censes?“ — Gravius tibi accidit in loco illo: „Quamdiu victoria ejus in fastigio est“ .... ubi متى cum ما scriptura conjungis; Elif enim maqṣura, sive figura sua, sive figura litterae ى expressa, cum voce sequente scriptura nunquam conjungitur. Itaque particula متى cum alia voce conjuncta separatim eodem modo quo

بدونه لا كما ترسمون إلى وحتى مع ما بالالف فى قوله إِلَى مَ تَسْتَمِرّ على غَيِّك وحَتَّى مَ تَتَناهَى فى زَهْوك ❋

وفى المقامة الصَّنْعاويّة

تذكرون قول المصنّف

وأَلْجانِيَ الدَّهْرُ حتّى وَلَجْتُ بلُطْفِ آحتِيالى على اللَّيْثِ عِيصَه

جعلتم الجا بالالف اللينة وهو مهموز فذلك عكس نبأَ المربع بالهمز فى الدينارِيّة ❋

وفيها — إنَّهُ يا قَوْمِ لَنَجِيُّكُمْ مُذُ اليَوْمِ — برفع نجيّكم والحقّ جرّه لقوله قَبْلَه وسُئِلَ لِمَنْ هَذا البيْتُ فقال إنّهُ لنجيِّكم فاللام جَارَّةٌ لا مُزَحْلَفَةٌ ❋

وفى المقامة الحُلْوانِيّة

ساسان الاكبر بن اسفنديار بحذف همزة ابن والصوابُ إِثْباتُها لأنّها انّما تحذف بين عَلَمَيْنِ وهنا قد حال الوصف بينهما ❋

non conjuncta scribitur, non ut particulas حتى et الى cum ما conjunctas littera ا usus in dicto auctoris scribis:

„Quam diu in errore tuo perges?“ ... et „Quando mendacio tuo finem pones?“

In consessu Ṣanâwensi.

Ubi dictum auctoris commemoras: „Et tempus me adegit, ut subtilitate doli mei latibulum leonis intrarem,“ verbum أَلْجانى littera Elif leni scripsisti, quamquam hamzatum est; e contrario in consessu Dinarensi, ubi dicis: „Domicilium incommodum evasit,“ verbum نبا Elif hamzato scripsisti. —

Ibidem in verbis: „Profecto, o populares, consors vester hodiernus est!“ نَجِيُّكُم quasi praedicatum in nominativo posuisti, quamquam sententiae antecedentis „... et interrogatus est, cuius hic versus esset,“ responsum existimandum est. — Littera ل igitur non particula adjuncta لَ, sed praepositio لِ est, quae genitivum regit. Legendum igitur est: إِنَّهُ يا قَوْمِ لِنَجِيِّكُمْ (consortis hodierni vestri est).

In consessu Ḥolwanensi.

Ubi scribis: ساسان الاكبر بن اسفنديار, hamza vocis ابن omissa, erras; hamza enim tantummodo omittenda est, ubi inter duo nomina propria posita est; — hic vero adjectivum intercedit.

ثم تقولون فحين أدرك ابنها وبلغ ثلثين سنةً سلّمت اليه الملك فلا يخفى انّ هذا العطف يفيد التشريك بين زمان ادْراكه وبلوغه الثلثين سنة وهو باطل ※

وفيها على قوله — ويعجب الحاضرين بفصل خطابه '— تقولون يريد بفصل كلامه وجودة بلاغته وقولهُ تعالى وفصل الخطاب هو قول الخطيب أمّا بعد فعلى هذا يكون فصل الخطاب حكاية لقوله تعالى وقول الخطيب امّا بعد تفسيرًا له لا لفصل الخطاب وهو غير المقصود على انّ المراد بفصل الخطاب فى الآية هو الفصل بين الحق والباطل بدليل عطفه على الحكمة فيها بقوله واتيناه الحكمة وفصل الخطاب ※

وفى الديناريّة

تروون للمصنّف قوله — ولا عصى المخلوق على الخالق — والصواب ان يقال امر الخالق لاقامة الوزن ※

وفى المقامة الكوفية

تروون لكشاجم قوله

ونديمٍ مخالفٍ	لا يشآء الذى اشا
هُوَ فى الصحو لى اخ	وعدوٌّ إذا آنْتشا
إِقْترَحتُ العشآء يومـا	عليه فأُدهشا
ساعة ثم قال لى	اَلْعَشَا يورث العَشَا

Deinde ubi dicis: „Filio, cum ad aetatem maturam pervenisset et triginta annos natus esset, regnum tradidit." Copulatio haec indicat conjunctionem temporis maturitatis ejus et temporis, quo triginta annos natus erat, quod falsum est. —

Ibidem ubi verba auctoris: „Et distinctione orationis praesentes admiratione implevit," interpretaris: „Excellentia orationis et copia eloquentiae etc. ...." analysis verborum sequentium haec est, ut وفصل الخطاب appositionem τοῦ قوله تعالى efficiat, qua dictum Dei refertur; et قول الخطيب امّا بعد explicatio τοῦ قوله تعالى sit, non τοῦ فصل الخطاب, quod sententiae repugnat. Praeterea sensus verborum فصل الخطاب in versu Coranico distinctio inter verum et falsum est, quod ex conjunctione cum الحكمة (sapientia) ibidem apparet, ubi dicitur: „ei sapientiam et distinctionem orationis tribuimus." —

In consessu Dinarensi.

Ubi dictum auctoris allegas: ولا عصى المخلوق على الخالق (neque creatura creatori rebellaret), legendum est integritatis metri causa: امر الخالق.

In consessu Cufensi.

Ubi versus Cusagimi allegas:

„Saepe compotor pertinax non vult, quod volo; sobrius frater meus, ebrius hostis est; coenam aliquando ab eo postulavi; obstupuit paullisper, tum mihi: coena, inquit, hebetudinem oculi parit."

فهذه اربعةُ ابياتٍ من مجزوُ الخفيف علّقتموها بِبيتَيْنِ وزدتم على ذلك أَنْ قلتم اقترحت العشآ عليه يوما ومددتم العشا الأَوّل من البيت الرابع وكلا الامرين مُفْسِدٌ للوَزْن *

وفيها تَرْوُونَ لسحبان وائِل

يا طَلْحَ أَكْرَمُ مَنْ مَشَى   حَسَبًا وأَعْطاهُمْ لِتَالِدْ

برَفْعِ أَكْرم والوَجْهُ نَصْبُه لانّه صفةٌ للمُنادى مُضافةٌ اضافةً محضةً فلا يجوز فيها غير النصب *

وفيها — وانا ذو مجاعَةٍ وبُؤْسَى ' وجِرابٍ كَفُؤَادِ أُمِّ مُوسَى ' — بالهمز فى بؤسى وهو ممّا يمنع مناسبة اللفظ بينها وبين موسى وهى أَوْلَى منْ مناسبة الخطّ ومثله فى الخيفآء إذا أَنْشأَ ' وَشَّى ' وحِلْمُكَ يُغْضِى ، وهِلالُك يُضِئُ ' بالهمز فى انشأَ ويضئُ والأَوْلَى التَوسُّعُ فى تركه للمناسبة كما تركه الشارح ونبّه عليه فى قول المصنّف فى الرحبيّة جَدَّلَه خاسِيًا ' وأَفاحَ دَمَه خالِيًا ' وقوله قَصدتُ فِنآءَ الوالى ' فاذا الشَيْخُ للفَتَى كالى ' ولا جرم انّ المصنّف قد ارتكب ما هو اعظم من هذا بقوله فلمّا ٱستَشَفَّ الأَميرُ لآلِيها ' ولَمَحَ السِرَّ المُودَعَ فيها فقد ترك حركة الاعراب فى لاليها فضلا عن الهمز طلبًا للمناسبة *

وفيها — مَن ملك هذا القدر مِن كلاهما تجب عليه الزكاة — والصواب ان يقال مِنْ كليهما لِانّ كلا إذا أُضيفت

Quatuor versus metri خفيف decurtati sunt, quos duobus complexus es; praeterea initium versus tertii falso protulisti اقترحت العشآء عليه يوما, et prius العشآء in versu quarto littera Elif productionis scripsisti, quorum utrumque metro repugnat.

Ibidem ubi dictum Saḥbâni Waïlidae allegas:
„O Ṭalḥa, omnium, qui vivunt, dignitate nobilissime et opibus haereditate acceptis liberalissime!“ ...... vocem أَكْرَمُ in nominativo posuisti grammatica accusativum postulante, cum adjectivum vocativi طَلْحَ et in statu annexionis purae sit, ubi nullus alius casus quam accusativus licet.

Ibidem ubi dicitur: „Fame et miseria affectus et loculo instar cordis matris Mosis praeditus sum“ verbum بؤسى cum ḥamza contra congruentiam pronunciationis inter hoc et موسى scripsisti; quae congruentia gravior est, quam congruentia scripturae. Simile in consessu الخَيْفآء tibi accidit, ubi dicitur: „si quid componit, decorat,“ et ubi dicitur: „et clementia tua connivere et luna tua splendere non cesset,“ cum hamza verbi انشأ et يُضِىءُ. Propter congruentiam rectius hamza omittenda est, ut commentator in consessu Raḥbensi hamza omissa adnotat, ubi dicitur: „prostravit eum in loco remoto (خاسيا) et sanguinem in loco abdito effudit (خاليا)“ et ubi dicitur: „ad atrium judicis contendi, et ecce senex juvenem custodiebat! (كالى — الوالى).“ — Sine dubio auctor ipse majore licentia usus est scribens: „Cum emirus margaritas epistolae (لآليَهَا) conspexisset et secretum ei (فيها) commissum vidisset“; cum non solum hamzam sed vocalem quoque declinationis homoeoteleuti causa omiserit. —

Ibidem ubi dicis: „qui utramque pecuniam possidet, quadragesima ei imposita est“ كلاهما scripsisti; recte autem كِلَيْهِما scribitur, quia كلا cum pronomine conjunctum declinationem

الى ضمير أُعرِبت إعرابَ المثنّى واذا اضيفت الى مظهرٍ أُعرِبت إعرابَ المقصور ' والزكوة تكتب بالواو وإن كانت تقرأ بالالف كما فى اختيها الصلوة والحيوة اللّتَيْن تكتبونهما دائما بالالف وهو خلاف الاصطلاح المشهور ❋

وفى المراغيّة

للمصنّف — لِأَنَّ الوُلاةَ لهم نَبْوَةٌ ' ومَعْتَبَةٌ يا لها مَعْتَبَه '

وفى شرحها انّ الضمير فى قوله يا لها راجع الى معتبة الاولى وان معتبة الثانية بيانٌ للضمير وهى مجرورة — وفى السمرقنديّة اهًا لها حسرةً بالنصب وفى شرحها انّ حسرة انتصبت على انّها بيانٌ للضمير فى لها فهذا إشْكالٌ لانّ المثالَيْن واحد والحالة حالتان ' فإنْ كان المراد بالبيان عطف البيان الذى جُرَّت به معتبة فكيف لم تُجَرّ حسرة وهى بيان ايضًا وكلا الضميرين مجرور باللام ' وإنْ كان المراد به التمييز الذى نصبت به حسرة فكيف لم تنصب معتبة وهى منه ايضا ولعلَّ التمييز هو الاولى فى هذا المقام لان البيان لا يكون مضمرًا ولا تابعا لمضمرٍ لانّه بمنزلة النعت كما تواترت عليه نصوص المحقّقين ❋

dualis habet; cum nomine conjunctum eodem modo, quo nomen in Elif maqṣûram desinens declinatur. Nomen الزكوة littera و scribendum est, quamquam littera ا pronunciatur, ut nomina ejusdem formae الصلوة et الحيوة, quae semper littera ا contra usum vulgatum scripsisti. —

In consessu Marâġensi.

Ubi dictum auctoris: „quia principibus inconstantia et iracundia est; quam gravis iracundia!" sic interpretaris: „pronomen in لها ad مَعْتَبَةً prius redit, معتبة posterius explicatio pronominis et in casu genitivo est," deinde in consessu Samarqandensi, ubi dictum „ah quale suspirium!" interpretaris: „حَسْرَةً in accusativo positum est, quia explicatio pronominis in لها est," .. rem in dubium adduxisti, quod duo exempla ejusdem categoriae diverso modo tractasti. Si per „بيان" عطف البيان (appositionem explicativam) dicis, qua معتبة in genitivo positum sit, cur non eodem modo حَسْرَةً, cum item explicatio et utrumque pronomen in genitivo propter praepositionem ل positum sit? Sin per „بيان" تَمْييز dicis, quo حسْرةً in accusativo positum sit, cur معتبة non item in accusativo positum est, cum ejusdem generis sit? التمييز vero fortasse hic potius adhibendum est, cum البيان (i. e. explicatio) neque pronomen sit neque pronomen sequatur, cum locum adjectivi occupet, de qua re extant testimonia subtilissimorum grammaticorum continua serie ad nos propagata.

وفيها له

— وما فيهِمْ مَنْ يَرُبُّ الصَّنِيعَ ولا مَنْ يُشَيِّدُ ما رَتَّبَه —

بكسر هاء الضمير وضمّ بعدها فهما لا يجتمعان لانّ الميم تتبع الهآء فى حركتها فلا تضمّ بعد كسرها ولعلّ هذا أَيْسَرُ من روايتكم فى المقامة المعرّيّة لابن الرُومِىّ

دَفَعْتُهُمُ بمَنْ لو شآء أَدَّى حُقوقَهُمُ اليهُم مُنْذُ حِينِ

بضمّ الهآء من قوله اِليهُم وحَقُّها الكسر لانّها مَسْبُوقَةٌ بالياء الساكنة ولا يقال ان الاصل هم دخل عليها حرف الجرّ لانها ضمير رفع مُنْفَصِلٌ لا يدخله الجارّ وانّما دخل على الهآء ضميرا متّصلا وأُتِىَ بالميم علامةً للجمع ولَئِنْ سلّمنا ذلك فنقول أمّا فى الاوّل فانّ الهاء من هم مبنيّة على الضمّ وقد كسرتموها وأمّا فى الثانى فتلزم سلامة الالف من القلب وانفصالها خطّا كما فى قولنا إلى زَيْدٍ وقد اتيتم بها ياء متصلة بالهآء كما فى قولكم اَلَيْهِ ❋

وفى البرقعيديّة

لبعضهم

اذا لم يكن عونًا من الله للفتى فاوّل ما يُجْنى عليه اجتهادُهُ

بنصب عون والصواب رفْعُهُ لانّه فاعلُ كان وهى تامّة هنا على مثالِ يقول للشىء كن فيكون ❋

Ibidem ubi dicitur:

„Nec quisquam inter eos est, qui beneficia alat nec qui quae fundaverit exaedificet“, verbum فيهِم vocali Kesra litterae ه et Ḍamma litterae م scribis, quae vocales non conjunguntur, cum littera م eandem vocalem quam pronomen ه postulet neque vocali Ḍamma moveatur post vocalem Kesram τοῦ ه. — Hoc tamen fortasse levius est, quam quod in consessu Maʿarrensi in allegatione tua poëtae Ibn-ar-Rûmii: „Per eum [per eum jurando] eos repuli, qui si voluisset, iam diu debita iis solvisset“, verbum إِلَيْهُمْ vocali Ḍamma litterae ه scribis. Recte vocali Kesra scribitur, cum littera ى quiescens praecedat. Nec licet dicere formam primitivam هُم esse, cui praepositio adjuncta sit, quia هم pronomen separatum in casu nominativo est, cui praepositio adjungi non potest; adjuncta vero est pronomini inseparabili ه, littera م pluralis indicandi causa aucto. Quodsi ex tua sententia concedimus, formam primitivam هُمْ esse, tibi sic occurrimus: in priore exemplo فيهُم littera ه pro Kesra semper vocali Ḍamma instruenda esset; in posteriore إِلَيْهُمْ conservatio litterae Elif maqṣûrae et separatio in scriptura necessaria esset, eodem modo quo dicitur الى زَيْدٍ, tu vero illam litteram in consonantem ى cum littera ه in scriptura conjunctam mutasti, ut in إِلَيْهِ. —

In consessu Barqaʿîdensi.

In allegatione poëtae:

„Nisi ex Deo auxilium juveni mittitur, primum quod eum pessumdat, studium ejus est“

verbum عونًا in accusativo posuisti, quamquam recte nominativus adhibetur, cum sit subjectum verbi كان, quod hic absolutum est ut in dicto Dei: „dicit rei: esto! et est.“

وفيها تروون لذى الرمة قوله

حتّى عُجْنَ من اجيادهنّ لنا عوج آلأَخشَّة اعناق العناجيج

فالوزن فى صدر البيت يطلب وَتَدا مجموعًا بعد حتى كأَن يقال حتى لقد عُجْنَ مثلا فيستقيم ❋

وفيها

إذا أتيْتُ سلمى شُبَّ لى جُعَلٌ ان الشقىّ الذى يلْكَى به الجعلُ

فتكبير سلمى قد صغّر الشطر حتّى تُصَغَّر فيَعْتَدِل ❋

وفيها

انّ الثمانين وبُلّغتُها قد أَحْوَجَتْ سَمْعى إلى ترجمان

بضمّ التآء من قوله بلّغتها وهى مفتوحةٌ لانّ هذا دعآء للمخاطَب أَنْ يبلغ الثمانين سنةً ❋

وفى المَعَرّيَّة

لبعضهم

ومَنْ يَلْقَ ما لاقيْتُ لا بُدّ يَأْرَقِ أَرِقْتُ فلم تَخْدَعْ بعيْنىّ نَعْسَة

وضعتم كلّ واحدٍ من شطريه موضع الاخر والصواب ان يكون صدره ارقتُ فلم تخدع وعجزه ومن يلق ما لاقيت الى اخرهما ❋

Ibidem in allegatione poëtae Ḏu-l-Rumma:

„Donec colla nobis adflexerunt eodem modo, quo annuli colla camelorum flectunt“ .....

metrum ut integrum sit, in priore hemistichio versus post حتّى jambus desideratur, ut e. g. legendum sit: حتى لقد عُجْنَ. —

Ibidem in allegatione versus:

„Quando ad Selmam venio, scarabaeus mihi fato destinatur; profecto miser est, cui scarabaeus affixus est“

dum Selmam majorem reddidisti, hemistichium minus factum est; Selma igitur deminuta, metrum sanatum erit. —

Ibidem in allegatione versus:

„Profecto octoginta anni, ad quos perveni, auditui meo interpretem necessarium fecerunt“

verbum بلغْتُها, ex lectione tua Ḍamma litterae ت scriptum, vocali Fatḥa efferendum est, cum sit secunda optativi persona („ad quos utinam pervenias“). —

In consessu Maʿarrensi.

Ubi dictum poëtae allegas:

„Qui expertus fuerit, quod ego expertus sum, necessario vigilabit; vigilavi, neque somnus in oculos meos subrepsit“

utrumque hemistichium loco alterius posuisti; recte prius hemistichium est أرِقْتُ فلمْ الخ, posterius ومَنْ يَلْقَ الخ. —

وفيها تروون للراجز قوله

انا من اهوى ومن اهوى انا نحن روحان حللنا بدنا

فهذا ليس بقول الراجز لان الراجز إنّما يطلق على ناظم الأرجوزة أفعولة من الرجز وهو بحر من أبْحُر الشعر فذلك كالشاعر والناثر لقائل الشعر والنثر ، وهذا البيت من الرمل لا يقال لصاحبه راجزٌ ❋

وفى الاسكندريّة

للمصنّف

انا آمْرَءٌ لَيْسَ فى خَصائِصِه ، عَيْبٌ ولا فى فَخارِه رِيَبُ

بفتح الرآء من امرء والصواب ضمّها لانّ رآء امرء ونون ابنم تتبعان ما بعدهما فى الحركة تقول هذا آمْرُءُ القيس بضمّ الراء ورأيت آمْرَء القيس بفتحها ومررت بآمرِءِ القيس بكسرها وكذلك ابنم ❋

وفيها لابن هرمة

إنّى آمرئٌ لا أَصُوغُ الحَلْى تعمله كفّاى لكن لسانى صائغ الكلام

رسمتم همزة امرء بصورة الياء وهى مضمومة والهمزة المتحركة تكتب بحرفها او بحرف حركتها وهو الواو هنا فلا وجه لرسمها بالياء والصواب ان يقال صائغ الكَلِمِ لاقامة الوزن ❋

Ibidem ubi dictum poëtae الراجز allegas:

„Ego sum is quem amo, et quem amo is est ego; sumus duo animi unum corpus habitantes“

poëta non appellandus est الراجز; الراجز enim poëta conditor الأَرجوزة (est haec forma أُفْعولة a radice رجز i. e. poëmatis ex versibus metri رجز constantis) appellatur eodem modo, quo poëta et scriptor prosaicus شاعِر et ناثِر ex شعر et نثر [poësis et prosa] nominantur. Hic versus cum non sit metri الرجز, sed الرمل, auctor non appellatur الراجز. —

In consessu Alexandrino.

Ibi in dicto auctoris:

„Vir sum, in cujus virtutibus non est vitium, de cujus excellentia non est dubitatio“

vocem امْرَءٌ falso vocali Fatḥa pro Ḍamma litteraę ر scripsisti, cum ر vocis امْرُءٌ et ن vocis ابْنُم eandem vocalem, quam sequens littera habet, postulent. Quare dicitur هذا امْرُءُ القَيْس (hic est ʻAmru-ul-Qais) Ḍamma τοῦ ر, et رأيْتُ امْرَءَ القيس (vidi ʻAmra-al-Qais) Fatḥa τοῦ ر, et مررْتُ بامْرِءِ القيس (strinxi latus ʻAmri-il-Qais) Kesra τοῦ ر. Idem in vocem ابْنُمٌ cadit. —

Ibidem in allegatione versus poëtae Ibn-Harama:

„Vir sum, qui non compono ornamenta, quae manus conficiunt; verum lingua mea orationis artifex est“ ....

hamzam vocis امْرِئُ vocali Ḍamma instructam falso littera ى scribis; hamza enim vocali mota scribenda est signo suo aut littera, quae vocali respondet quae hoc loco est و; ى autem, quod adjunxisti, nullam causam habet. — Deinde metri causa scribendum est صائغ الكَلِمِ (artifex verborum.) —

وفيها

— انّ الكسعىّ رجل من كسع واسمه محارب قيسى —

والصواب رجل من كسعة اسمه محارب بن قيس وحديثه ذو شجون لم تذكروا منه إلّا قليلا فى هذا المطوّل فلعلهُ لم يبلغكم تمامه او اغفلتموه كما اغفلتم حديث المُعَيدىّ من قبح منظره وحسن صوته حتّى كان يُمَدّ له سِتْرٌ اذا غنّى عند الرؤساء لئلّا ينغّص منظرُه لذّةَ غنائِه فعدلتم عن هذا وهو الأولى الى ذكرِ نسبه وما يتعلّق باسمه وهو غيرِ مطلوبٍ لانّ المثل مبنىٌّ على ذاك دون هذا وكما اشرتم الى حديث قصيرِ مع الزّبّاء تلميحا لآعتمادكم على شهرة القصّة وهى غيرِ مشهورة عند من يحتاج مثلا الى شرحِ قصّة رفيق الرجل الذى قال له أَتحمِلُنى أَمْ أَحمِلُك ونظائرها ممّا تشرحونه وان كانت قد تداولتهْ السنة العامة ولو أَجْريتم الكتاب على نمطٍ واحدٍ لقلتم فى حديث الكسعى كما قال الامام برهان الدين انّه كان يرعى ابلًا له بوادٍ معشب فبينما هو كذلك اذ بَصِرِ بنبعة فى صخرة فأَعْجبته فقال ينبغى ان تكون هذه قوسًا فجعل يتعهّدها حتّى اذا أَدْرَكَتْ قَطَعَها فجفّفها ثمّ اتّخذ منها قوسا فقال

يا ربّ وفّقنى لنحت قوسى ... فانّها من لذّتى لنفسى
وآنفع بقوسى ولدى وعرسى ... أَنحتُها صفرَآء مثل الورس
صفرآء ليست كقسِيِّ النِكْس

Ibidem ubi narratur:

„Cosa'ijum virum ex tribu Cosa' esse, nomine Moḥâreb Qaisidae“

dicendum est: virum esse ex tribu Cos'aa nomine Moḥâreb ben Qais, cujus vita variis casibus abundat, quorum in longo hoc commentario modo parvam partem retulisti. Fortasse igitur tota narratio a te aut non cognita est, aut neglecta, ut narratio de Mo'aidijo pulcherrime canente, sed tam foedi adspectus, ut velo obducto apud principes caneret, ne adspectus suavitatem cantus turbaret. — Qua narratione, momenti quidem gravioris, silentio praeterita de origine et nomine ejus verba minime necessaria fecisti, cum proverbium ex illis, quae omisisti, non ex his derivatum sit. Eodem modo narrationem de Qasîro cum ez-Zabbâa paucissimis verbis propter celebritatem traditionis, ut dicis, indicasti, quae non iis cognita est, qui indigent explicatione traditionis de comite viri illius, cujus dictum satis divulgatum est „portabisne me, an portabo te?“ et similibus rebus a te explicatis quae in ore omnium versantur. — Quodsi una eademque ratione librum composuisses, traditionem de Cosa'ijo retulisses, ut narrat Imâm Borhân-ed-dîn: „Camelos in valle pabulosa pascentem in rupe arborem nab'aa appellatam vidisse, cujus admiratione motum dixisse: „Hanc oportet esse arcum;“ deinde eam curare incepisse, tandem, cum maturuisset, resecuisse et siccasse, tum ex ea arcu confecto hos versus recitasse:

„O domine! ad arcum dolandum me adjuva, quum delectatio animi mei sit, et arcu meo natis et uxori meae opitulare! Eum dolabo, ut instar croci flaveat; flaveat, non vero instar arcuum debilium.“

ثمّ دهنها وخطمها بوترٍ ثمّ عمد الى ما كان من بُرايتها فجعل منه خمسة اسهم واخذ يقلّبها فى كفّه ويقول

هنّ وربّى أَسْهمٌ حسانُ   تلذّ للرامى بها البنانُ
كانّما قوّمها ميزانُ   فأَبْشِرُوا بالخصْب يا صبيانُ
إنْ لم يعُقْنى الشؤم والحرمانُ

ثمّ خرج حتّى أتى على موارد حُمُرٍ وكمن بها فمرّ قطيع منها فرمى عيرا منه فأَصْماه السهمُ وجازه الى الصخر فأَوْرى نارا فظنّ انه اخطأ فقال

أعوذ باللّه العزيز الرحمٰنْ   من نكَد الجدّ معا والحرمانْ
مالى رأيت السهم بين الظّرّانْ   يورى شرارا مثل لون العقيانْ
فأخْلف اليوم رجآء الصبيانْ

ثمّ مكث فمرّ قطيع آخر فرمى عيرا منه فأَمْخطَه السهم وأَوْرى نارا كالاوّل فقال

لا بارك الرحمن فى رمى القُتَرْ   اعوذ بالرحمن من سوء القدرْ
ءأمخط السهم لإرْهاق الظررْ   ام ذاك من سوء اختيال ونظرْ
ام ليس يغنى حذر عند القدرْ

ومكث على حاله فمرّ قطيع آخر فرمى عيرا منه وكان كذلك فقال

ما بال سهمى يوقد الحباحبا   قد كنت أرجوأنْ يكون صائبا
وامكن العير وولّى جانبا   فصار رَأْيِى فيه رَأْيًا خائبا
أَظلّ منه فى اكتئاب دائبا

Deinde eum oleo illevisse et nervo instruxisse; tum ex assulis quinque sagittas fecisse, quibus in manu versatis dixisse:

„Hae, per Deum, sagittae pulchrae sunt, quibus delectantur digiti jaculatoris; bilance eas aequatas esse dixeris; gaudete, pueri, vitae copia, nisi miseria et frustratio me prohibuerint!“

Deinde egressum ad locos aquationis asinorum venisse; ubi latentem cum caterva praeteriret, onagrum petiisse; sagittam animali perforato saxo illisam esse et ignem extudisse; Cosa'ijum vero eam aberrasse putantem dixisse:

„Ad Deum omnipotentem et misericordem contra adversam fortunam et frustrationem confugio; nonne vidi sagittam inter saxa scintillas instar nitoris auri extundentem, ita ut hodie spes puerorum vana sit?“

Deinde eum cunctatum esse, donec caterva alia praeteriret, et onagrum ita petiisse, ut sagitta eum perforaret et saxo illisa ignem itidem extunderet; tum dixisse:

„Ne beneficiat Deus venationi ex latibulis venatoriis! Ad Deum contra malum fatum confugio. Sagittasne emittam, ut lapides noxa afficiam, an hoc ex vitio imaginationis et visus, an cautio contra fatum irrita est?“

Denuo cunctatum, donec caterva alia praeteriret, onagrum petiisse, et cum idem factum esset, dixisse:

„Quomodo sagitta mea scintillas elicit, quam recte perrecturam esse speravi? Onagri compos facta ad latus declinavit; consilium igitur me fefellit, quare moerore tabesco.“

ولبث فمرّ قطيع آخَر وكان كذلك فقال

يا اسفى للشؤم والجدّ النكدْ　　قد خانت القوس وقَدْ قَلَّ المددْ
منها ولم يُغْنِ الحذار والجلدْ　　وخاب سهمى بعد تكرار العددْ
فخاب ظنّ الأهل فيه والولدْ

ثمّ مرّ به قطيع آخَر وكان كذلك فقال

أبعد خمسٍ قد حفظتُ عدّها　　احمل قوسى واريد ردّها
أخزى ٱلْإِلَهُ لَيْنَها ومدّها　　والله لا تسلَم عندى بعدها
ولا أرجّى ما حييتُ رفدها

ثمّ عمد الى قوسه فكسرها وبات فلمّا اصبح نظر فاذا الحُمُر مطرّحة حوله وأسهمه مضرّجة بالدم فندم على كسر القوس فشدّ على ابهامه فقطعها وقال

ندمْتُ ندامةً لَوْ أنّ نفسى　　تطاوِعُنى إذَنْ لقطعتُ خمسى
تَبَيَّنَ لى سفاهُ الرأى منّى　　لعمر أبيك حين كسرتُ قوسى

انتهى ' وكذا لقلتم فى قصّة الزبّآء ما قالهٗ دغفل بن حنظلة الشيبانىّ من أنّ سابور كسرى الملقّب بذى الاكتاف كانَ قد غزا الضيزن الغَسَّانِىّ ومعه جذيمة بن عمرو الملقّب بالابرش وكان ملكا فى قومه فظفر بالضيزن وقتله ولم يكن للضيزن ولد فصار ملكه الى بنت اخيه هند فامرت بمدينة فأُعيد بناؤها وضَمَّ اليها ملك الروم عشرة الاف رجلٍ من عرب اليمن فكتب اليها جذيمة يخطبها فكتبت اليه إنّى قد اجَبْتُك فٱقْدم فٱستخلف فى مملكته ابن اخته عمر بن عدىّ المعروف بذى الطوق

Deinde cunctatum esse, donec caterva alia praeteriret, idemque cum factum esset, dixisse:

„Proh dolor propter miseriam et malam fortunam! Arcus decepit nullumque fuit ejus auxilium; neque cautio neque agilitas profuit; sagitta mea identidem fefellit et exspectatio familiae et natorum vana est.“

Deinde catervam aliam praeteriisse, idemque cum factum esset, dixisse:

„Num quinquies spe frustratus (numerum observavi) arcum geram, cum rejicere malim? Sive remissus sive contentus est, Deus eum probro afficiat! Posthac, per Deum, non incolumis mihi erit, neque, quamdiu vivam, opem ejus sperabo.“

Arcu igitur prehenso et fracto, eum pernoctasse; mane vero cum onagros stratos vidisset et sagittas suas sanguine tinctas, eum arcus fracti poenituisse et pollice demorso dixisse:

„Tantum me poenitet, ut si animus mihi obediret, quinque digitos desecarem; stultitia consilii mei, per vitam patris tui, elucet, postquam arcum meum fregi.“ — Finis. —

Eodem modo traditionem de ez-Zabbâa referre debebas ut Daġfal ben Ḥanẓala es̆-S̆ʿaibâni narrat: Sapor Cosroes Scapularius cognominatus cum rege G′aḏîma ben ʿAmr leproso contra Ḍaizan Ġassanidam regem expeditionem bellicam suscepit, quem victum occidit. Ḍaizano, cui filius non erat, filia fratris Hind in regno successit. Ejus jussu urbs denuo condita est et rex Graecorum decem millia virorum Arabum Jemenensium ei adjunxit. G′aḏîma cum per litteras eam uxorem petiisset et illa consensisset eumque invitasset, in regno suo vicarium nepotem ex sorore ʿAmr ben ʿAdi

وسار اليها فى الف رجل من خواصّه حتّى انتهى الى مكان يسمّى بقّة وكان حذّا ما بينها وبين ملك سابور ذى الاكتاف فنزل جذيمة واستشار اصحابه فزيّنوا له الخروج وكان له مولى يقال له قصير بن سعد القضاعىّ فقال يا مولاى لا تقبل رأى هؤلآء وٱنْصرف حتّى يتبيّن لك امرها فانّها ٱمرأة مْترفة ومن شأن النسآء الغدر فلم يلتفت الى قوله ومضى حتّى دخل مملكتها فقال قصير يا سيدى إنْ لم يترجّل لك من يستقبلك من اصحابها فلسْتُ آمَنُها عليك فتجلّل*) العصا وٱنْجُ بنفسك وكان العصا فرسا لجذيمة اذا ركبه لا يُلْحَق ثم تلقّاه اصحابها فلم ينزلوا ومضوا به حتّى دخل عليها وهى فى قصرها فامرت باصحابه فاخذت خيلهم وحلّوا سلاحهم وكانت حنقة على جذيمة من نوبة عمها مع سابور ذى الاكتافَ فأوْمَأتْ الى جواريها فاجتمعن عليه ليكتفنه فامتنع عليهن فلم يزلن يضربنه بالأعمِدة حتّى أثْخَنّهُ ثمّ امرت بنطع فأجْلسته فيه وامرت به فقُطِعت رواهشُه فجعلت دماؤه تشخب النطع حتّى مات وكان قصير قد احسّ بقتله فٱحتال حتّى ركب فرسه العصا وطُلِب فلم يُلْحَقْ ثمّ امرت باصحابه فقُتِلوا عن آخِرهم وكان عمرو بن عدىّ يركب كُلَّ يومٍ فيأتى طريقَ الحيرة يتجسّس خبر خاله

*) In autographo: فتخلل

torquatum instituit. Mille viros electos secum ducens iter ad eam iniit, donec ad locum Baqqa nominatum, confinium inter eam et regem Saporem Scapularium cognominatum, pervenit; ubi cum substitisset et comites consuluisset, ei suaserunt, ut in itinere pergeret, servo nomine Qasîr ben Saʿd al-Qoḍâʿi excepto, qui dixit: „O domine! ne consilium eorum accipias, sed declina, donec quid illa agat tibi manifestum sit; mulier insolens est, et mulierum perfidia est. Cujus dictum nil respiciens, in itinere perrexit, donec regnum ejus intravit. Tum Qasîr: o domine! inquit, nisi ex comitibus ejus pedites tibi obviam venerint, ei non credo; tum equum el-ʿAsâ sterne et vitam fuga serva. El-ʿAsâ nomen equi G'aḏîmae erat, in quo equitantem nemo assequi poterat. Comites ez-Zabbaae obviam facti equis non descenderunt eumque comitati sunt, donec in palatium apud eam intravit. Socios G'aḏîmae equis descendere jussit, quibus abductis arma deposuerunt. Odio contra G'aḏîmam, qui cum Sapore Scapulario conjunctus necis avunculi auctor fuisset, flagrans servabus suis signum dedit. Quae in eum irruentes, ut resistentem ligarent, fustibus percutere non prius desierunt, quam vulneribus confectus esset. Deinde eo in strato posito, cum venas manus feriri jussisset, sanguis super stratum effluxit, donec mortuus est. Cum socii omnes jussu ez-Zabbaae interfecti essent, Qasîr de hac re certior factus, ut equo el-ʿAsâ potiretur machinatus, cum nemo eum assequi posset, aufugit. ʿAmr ben ʿAdî dum quotidie via Ḥirensi nuntium avunculi exploraturus equitat, quodam die equitem versus se contendentem conspexit; ob-

فبينما هو ذاتَ يَوْمٍ اذ نظر الى فارس قد اقبل فلمّا دنا عرف الفرس فقال ما وراءك يا قصير قال قُتِل والله خالك فاطلب ثأرك من الزبّآء فقال كيف لى بها وهى أَمْنَعُ من عقاب الجوّ فلمّا علم قصير انّ عمرا لا يقدر عليها عمد الى انفه فقطعه ورجع الى الجزيرة فأتى الزبّآء وٱستأذن عليها وقال أَيَّتُهَا المَلِكَةُ فعَل بى هذا عمرو كما ترين اتّهمنى انّى أشرتُ عليك بقتلِ خاله ولم آمَنْه أنْ يقتلنى فخرجتُ هاربًا اليك ولقد اتيتك لأَخْدمك وآمَنَ على نفسى القتلَ فقالت اقم ولك عندى كلّ ما تحبّ فوَلَّتْه نَفَقَتَها فنصح لها ورأت منه الشهامة فأقام عندها حولًا ثم قال لها يا سيّدتى انّ لى بالعراق مالا مدفونا اريد الخروج اليه فأذنت له ودفعت اليه مالا يشترى لها به ثيابا من الخزّ والوشى فسار الى عمرو بن عدىّ واخذ منه ضِعْفَ مالها فٱشْترى لها ما أمرته به وٱنْصرف اليها فظنّت انّ جميع ذلك ٱشْتراه بمالِها فسرّت به وردّته الثانية والثالثة وهو يفعل كذلك فوقع من قلبها موقعًا جليلًا حتّى بعثت به فى المرّة الرابعة بمالٍ جزيلٍ وامرته ان يشترى لها أَمْتِعةً وآنيةً كثيرةً فمضى الى عمرٍو وقال قد قضيتُ ما علىّ وبقى ما عليك فقال عمرو علىَّ ما ذا قال ٱخْرج معى بالرجال فى الرحال فٱنتخب الف رجلٍ من اصحابه وخرجوا معه فى

viam factus equum agnovit, et: „quid, inquit, affers, Qasîr?“ Tum ille: „per Deum, occisus est avunculus tuus, cujus ab ez-Zabbâa poenas pete!“ „Quomodo, inquit, petam, cum illa aquilâ in aëre tutior sit?“ Cum Qasîr ʿAmrum contra eam impotentem esse vidisset, nasum desecuit et in Mesopotamiam redux, ez-Zabbaam aggressus, venia intrandi accepta: „o regina! inquit, sic ʿAmr, ut vides, me tractavit, quod me suspectum habuit, me tibi necem avunculi suasisse; itaque timore, ne me interficeret, motus fugam ad te cepi, et nunc ad te veni, ut tibi serviam et vitam a nece tutam habeam. Tum illa: mane, inquit; apud me quaecunque cupies habebis.“ Aerario praefectus fideliter ei serviit, ipsa autem acre ingenium viri intellexit. Apud eam annum moratus: „o domina, inquit, mihi in ʿIrâqa pecunia defossa est; quo proficisci cupio!“ Quod cum concessisset et ei pecuniam dedisset, qua sibi vestes sericas et coloratas emeret, ad ʿAmrum ben ʿAdî redux duplum illius pecuniae accepit, qua cum emisset quae mandaverat, ad eam rediit. Putans haec omnia sua pecunia comparata esse, gavisa iterum et tertio eum emisit. Qui cum idem fecisset et ideo apud eam plurimum valeret, quarta vice summa pecuniae ab ea instructus emissus est, qua jussu ejus multa utensilia et vasa emeret. Ad ʿAmrum regressus: „jam inquit, meum perfeci; tuum restat.“ Cui ʿAmr: „Quid meum?“ Respondit: „mecum viros in sarcinis mitte!“ Mille viri ex sociis electi et in cistis absconditi cum eo profecti sunt. Post iter diurnum, cum vesperasceret,

الصناديق فكان يسير بهم فى النهار فاذا أمْسى اخرجهم حتّى اذا كان على مِيلٍ من مدينتها تقدّم واقبل حتّى دخل عليها وقال آصْعدى على القصر لتنظرى ما أتيتك به فصعدت ورأت ثقل الاحمال فقالت

ما لِلْجِمال مَشْيُها وئِيدا أجَنْدلا تَحْمِلُ ام حديدا
ام صَرَفانًا باردا شديدا ام الرجال رُبَّضا قعودا

ثمّ امرت بالرحال فأدخلت قصرها وكان وقت مساء وقالت اذا كان غدٌ نظرنا الى ما أتيتنا به فلمّا جنّ الليل فتحوا مَكامِنَهم فخرجوا وقتلوا كلّ من كان فى القصر وكان لها سربٌ قد أعدّتها لخوفٍ إنْ حَلَّ بها أنْ تخرج من المدينة وكان قصير قد عرفه ووصفه لعمرٍو فصار اليه ولمّا أحسّت بالامر بادرت الى السرب فلما رأت عمرًا مصّت سمًّا كان فى خاتمها وقالت بيدى لا بيد عمرٍو فقام اليها عمرو بالسيف فقطعها وغنم ما فى مدينتها وآنصرف

هذا خلاصةُ ما ذكره ولعلّ القصّة بِهِ تصير مشهورةً لا بِدُونِهِ وهى أوْلى مِن القصّة الّتى تجمع اسماء الكنيف فى المقامة الجرية وأمثالها ممّا لم يُشِرْ إليهِ المصنّف ولم يندب اليه مقتضى الكلام بخلاف هذه وتلك ممّا أشار اليه وبنى كلامهُ عليه

انتهى *

absconditos emittebat, donec lapidem ab urbe remotus antecessit, ut ad reginam intraret; ad quam ingressus: „ascende, inquit, arcem, ut quae tibi attuli videas!“ Quo cum ascendisset et pondus sarcinarum vidisset, versus recitavit:

„Quid est, quod cameli tam lente incedunt? lapidesne portant, an ferrum? an plumbum frigidum, validum? an viros cubantes, insidentes?“

Vesperi sarcinis in palatium portatis: „mane, inquit, quae attulisti inspiciemus.“ Nocte intempesta latebris apertis egressi omnes palatii incolas occiderunt. Regina cuniculum habebat, quem sibi paraverat cavens, si quid accideret, ut urbe egredi posset; Qasîr vero eum cognoverat et ʿAmro indicaverat. Cum igitur statum suum intellexisset, ad cuniculum illum festinavit; sed ʿAmro, qui eo venerat, conspecto venenum in annulo reconditum suxit; et: „manu, inquit, mea, non manu ʿAmri!“ ʿAmrus vero gladio irruens eam trucidavit et urbe spoliata rediit. —

Haec compendium eorum sunt, quae auctor commemoravit, ac fortasse per haec, non sine iis, narratio nota fiet; certe digniora sunt, quae referantur, quam narratio, quae diversa nomina Arabica latrinae in consessu Hag'rensi complectitur, et aliae ejusmodi, quas neque auctor respexit, neque sensus orationis requirit; hanc vero et auctor respexit, et oratio ejus ea nititur. —

وفى الرحبيّة

— انّ شذز مذر مبنىّ لانّ اصله ذهبوا شذرًا مذرًا — والحقّ ان يقال انّ الاصل شذرًا ومذرًا بالعطف فحذف العاطف وركّبا كالكلمة الواحدة فبُنِى الاوّل كما يُبْنى جزء الكلمة والثانى لتضمّنه معنى العاطف المحذوف *

وفى السِاويّة

لأبى العتاهية — وكانت لى حيوتك فى عِظاتٍ وانت اليوم اوْعظ منك حيًّـا — والاصل وكانت فى حيوتك لى عظاتٌ فانت اليوم الخ *

وفيها — المآدب مفسّرةً بالمطاعم — مطلقًا وهى عندهم على وجهٍ مخصوصٍ فانّها ان كانت للنفسآء فهى الخرس او للطفل فالعقيقة او للختان فالاعذار او للادب فالحذاق او للخطبة فالاملاك او للعرس فالوليمة او للبنآء فالوكيرة او للقدوم من سفر فالنقيعة او لدخول الشهر الاصمّ اى رجب فالعقيرة او للضيف فالقرى فان كانت لغير سبب فهى المأدبة وكلّها ان عمّت دعوتها فهى الجفلى او خصّت فالنقرى *

In consessu Raḥbensi.

Minus accurate dicis, verba شَذَرَ مَذَرَ (dispersim) indeclinabilia esse, quod forma primitiva شذرًا مذرًا sit e. g. ذهبوا شذرا مذرا (dispersim abierunt). Dicendum autem est, formam primitivam شَذَرًا وَمَذَرًا copula و conjunctam esse. Copula vero omissa instar unius vocis componuntur, quo facto prius indeclinabile fit eodem modo, quo pars verbi indeclinabilis est; posterius, quia notionem copulae omissae continet. —

In consessu Sâwensi.

In allegatione versus poëtae Abu-lʿAtâhia erravisti scribens: وكانت لى حيوتك فى عظات حيّا وانت اليوم اوعظ منك, cum legendum sit: وكانت فى حيوتك لى عظات فانت اليوم الخ (et fuerunt in vita tua mihi admonitiones; hodie vero etiam magis admones, quam vivus). —

Ibidem vocem المآدب, quamquam notionem specialem apud Arabes habet, per notionem generalem المطاعم (epulae) explicas. Epulae enim puerperae causa institutae الخُرْس appellantur, العَقيقة infantis causa, الإعْذار circumcisionis causa, الحِذاق literarum addiscendarum causa Corano perlecto, المَلاك petitionis in matrimonium causa, الوَليمة nuptiarum causa, الوَكيرة post absolutum aedificium, النقيعة post reditum ab itinere, العَقيرة post introitum mensis surdi appellati (i. e. رجب), القِرَى epulae hospiti instructae, المَأْدَبَة sine causa oblatae; quarum omnium nomen generale الجَفَلى est, si invitatio communis est; النَّقَرى, si cum delectu fit. —

وفيها للمصنف

ومِنْ بَعْدُ فلا بُدَّ	مِنَ العَرْضِ إذا ٱعتَدَّ
صِراطٌ جِسْرُهُ مُدَّ	على النار لِمَن أمَّ

جعلتم اعتَدّ بصيغة المعلوم مفتوحَ التآء والحقُّ ضمّها على المجهولية فرارًا من سناد التوجيه كما فى قول المتنبّى

فهمْتُ الكتاب ابرَّ الكُتُبْ   فسمعًا لأمر أمير العَرَبْ

وعليه قول الشارح اعتُدّ اى هُيّئَ

وفى الدمشقيّة

لشقّ الكاهن

لو كان ما بى هيّنا لكتمتُه	لكنّ ما بى جَلَّ عن الكتمان

والصواب جلّ عن كتمان مراعاةً للوزن ❋

وفيها -

كِلِينى لهمٍّ يا امينةَ ناصب	وليلٍ اقاسيه بطِىء الكواكبِ

والرواية فيه يا أُمَيْمَةُ مصغرةً ❋

وفيها لابى نواس

وبُحْ باسم من تهوى ودعنى من الكُنَى
ولا خيرَ فى اللذّات من دونها السترِ

والرواية فلا خير فى اللذات من دونها سترِ ❋

Ibidem in versu auctoris:

„Post haec necessario apparebis, cum via parata fuerit, cujus pons super ignem contendenti porrectus est“
verbum آعْتُدَّ forma activa protulisti; est vero legendum passive آعْتُدَّ incongruentiae vocalis, التوجيه appellatae, evitandae causa ut in dicto illo Motenabbii:

„Epistolam tuam, benignissimam epistolarum, intellexi, et obedio imperio principis Arabum.“
اعْتُدَّ legendum esse, ex commentatoris quoque dicto „أى هُيِّىءَ“ elucet. —

In consessu Damasceno.

In allegatione poëtae S'iqq-ul-Câhin:

„Si quod intra me est, leve esset, celarem; sed quod intra me est, se celari non patitur“
metri servandi causa legendum est: جَلَّ عن كتمان. —

Ibidem in versu:

„Permitte me, o Amîna, dolori affligenti et nocti, quam stellis tarde praeterlabentibus perpetiar“!
legendum est يا أُمَيْمَةُ forma deminutiva. —

Ibidem in allegatione Abu-Nuwâsi:

„Nomen ejus mihi declara, quem amas, et metonymias mitte! neque enim quidquam boni est in voluptatibus velamine obvolutis“
legendum est: فلا خير فى اللذّات من دونها ستر.

وفى البغداذيّة

للمصنّف

إذا دَعا القانِتُ فى ليْلة مولاه نادَوْهُ بَدْمعٍ يفيض

والاصحّ فى ليله لإفادته الاستمرار بخلاف ليلة

وفيها — نَذَرَ أَنْ يذبحَنَّ مهاةً — فالتأكيد هنا بالنون عبثٌ لانّ التأكيد انّما يقع فى الطلب والقسم فلعلّ الرواية ليذبحنّ جوابًا لقسمٍ مدلولٍ عليه بالنذر فيصحّ التأكيد ❊

وفيها لبعضهم

فتُضْرَبُ خُمْسُ كَفِّكَ فى ثريد يمرّ بفيك منكمش الذهاب

كانّ دوِيَّه فى الحلق لمّا تهَمْهَمَ صوتُ رعدٍ فى سحاب

ضممتم الخآء من خمس وجعلتم تهَمْهَمَ بصيغة الماضى والصوابُ ان يقال خَمْس بفتح الخآء إشارةً الى الاصابع الخمس بخلاف الضمّ فانّه يقتضى الاشارة الى واحدة منها وهو خلاف المقصود وان يقال تُهمْهِم بصيغة المضارع مسندا الى المخاطب وامّا منكمش الذهاب فلا وجه له والصحيح منكمش الاهاب اشارةً الى سعة شدقه بحيث يمرّ فيه هذا الثريد الذى يتناوله بملأ كفّه ولا يملأه فلا يزال منكمش الجلد غير متمدّدٍ عليه

In consessu Baġdâḏensi.

In versu auctoris:

„Quo tempore vir religiosus noctu dominum suum precatur, lacrymis large fluentibus eum invocant“
verbum ليلة littera ة unitatis scripsisti; rectius vero continuatae actionis indicandae causa scribitur في لَيْلِهِ („noctibus suis“). —

Ibidem in dicto „et promisit, se vaccam sylvestrem mactaturum esse“ modum energicum verbi يَذْبَحَنَّ ponens errasti; forma enim energica tantum adhibetur in requisitione et in juramento. Fortasse vero legendum est لَيَذْبَحَنَّ, ita ut sit responsum juramenti verbo النذر indicati, quo facto modus energicus legitimus fit. —

Ibidem in dicto poëtae:

.... „Et quinque [digiti] manus tuae in scutella juris ṯerîd circumversantur, quod os tuum celerrime init; echo in faucibus tuis, cum murmurans demittitur, sonus tonitrus in nube esse videtur.“

ubi, cum التارك بشرٍ dicere non liceat (cfr. de S. Gr. T. II. p. 183.), tantum عطف البيان statuendum est. Itidem in versu:

„O ambo fratres nostri, ʿAbd ʿSems et Naufale! deum oro, ut vobis caveat, ne bellum excitetis!“
si نوفلا in accusativo scribitur, عطف البيان est, cum per restitutionem dicendum esset يا عَبْدَ شَمْسٍ ونَوْفَلُ, cfr. supra. In exemplis categoriae يا لَها مَعْتَبَةً, ubi nomen post pronomen positum est, a plerisque grammaticis, ut Nâsîf dicit, التمييز esse existimatur, a de Sacyo ipso p. 316. l. 6 inf. in sch. ad verba Haririi: أُقْسِمُ بِمَنْ أَطْلَعَها زُهْرًا confirmatum. Quibus grammatica وسيط النحو de التمييز sic consentit:

هو نكرةٌ يرفع الابهام الوضعىّ عن ذات المبهم وهو قسمان الاوّل ما يرفعه عن ذات مذكورة فى مُفْرَدٍ ويسمّى اسمًا تامًّا لتمامه باحدى اربعةِ اشياء أحدها التنوين نحو ما فى السماء قدرُ راحةٍ سحابًا .... وثانيها نون التثنية نحو منوانِ سمنًا وثالثها نون الجمع نحو خمسون درهما ورابعها الاضافة نحو لى ملأه عسلا ، ومعنى تمام الاسم ان يكون على حالة لا يمكن الاضافة معها ، وقد يتمّ بنفسه لا بهذه الاشياء كما فى الضمائر المبهمة نحو ربّهُ رجلا وللّه دَرُّه فارسا ووَيْحَهُ رجلا وفى اسماء الاشارة نحو ما ذا اراد الله بهذا مثلًا عند من جعله تمييزا لا حالا ..... والثانى ما يرفع الابهام عن ذات مقدّرة فى نسبة فى جملة نحو طاب زيد نفسا الخ

ما ذا اراد الله بهذا مثلا v. Sur. 2, 24. —

P. 20. Versum وما فيهم من يربّ الصنيع الخ vid. p. 64. l. 6. دفعتهم بمَنْ الخ v. p. 84. l. 2 inf. In demonstratione,

quae, cur vocalis pronominis affixi هم mutata sit, haud optime declarat, recte Nâsîf docet, litteram م signum pluralis esse; ceteroquin de hac re grammatici discrepant, cfr. de Sacy Gr. T. I. p. 70, 460. —

In consessu Barqaîdensi.

P. 20. l. 3 inf. Versus إذا لم يكن عونًا الخ v. p. 69. l. 13 inf. Si verbum كان, quod proprie stetit vel constitutum est (hebr. כּוּן) significat, non ipsum, ut hic, praedicatum in se includit, nomen, quod in nostris linguis praedicatum existimatur, in accusativo ut حال regit; quare grammatici inter كان التامّة et الناقصة distinguunt et utrumque sic explicant: كان appellatur تامة, ubi et tempus et eventum [الحدث والزمان] indicat, ناقصة ubi ad tempus solum indicandum restrictum est. —

P. 22. حتى تُجْنَ الخ v. p. 69. l. 11 inf. Metrum بسيط emendationem illam efflagitat.

P. 22. l. 6. Versum اذا أتيْتُ سلمى الخ v. p. 72. l. 5. in sch. Cum forma deminutiva تصغير, forma primitiva تكبير appelletur, satis facete Nâsîf dicit تكبير سلمى قد صغّر الخ. Apud Meid. ed. Freyt. T. I. p. 623. versus recte legitur. —

P. 22 l. 9. انّ الثمانين وبُلّغتها الخ v. p. 74. l. 12 inf. Versus emendatus iterum apud Ḥarir. p. 426. sch. et in Anth. gr. p. 127. 452 invenitur. —

In consessu Ma'arrensi.

P. 22. l. 4 inf. Versum وَمَنْ يَلْقَ ما الخ vid. p. 77. l. 5 in sch.; metrum طويل est. —

P. 24. Versum انا من اهوى الخ v. p. 80. l. 3 inf. Cfr. Fleischeri Cat. man. biblioth. senat. Lips. p. 402. —

In consessu Alexandrino.

P. 24. l. 8. Versum انا آمْرؤ ليس الخ v. p. 89. l. 3. Secundum lexicographos G'auhari et Firuzabadi nomen امرؤ aut vocali Fatha aut Kesra τοῦ ر aut eadem vocali, quae in declinatione sequitur, pronuntiari potest, cfr. Chr. Ar. T. II. p. 532 et Ewald. Gr. Ar. T. I. p. 296. —

P. 24. l. 4 inf. Versum انى آمْرِئٌ لا أُصُوغ الخ v. p. 91. l. 6. sch. Cum vox آمْرِئٌ vocalem „i“ syllabae penultimae habere possit, optime hamza vocis آمْرِئٌ littera ى scribitur; grammatici enim docent, hamzam in medio verbo vocali motam aut littera vocalis suae aut litterae vocalis antecedentis scribendam esse. Sic Ibn-el-Hâgib in الشافية, ubi de scriptione hamzae disputat:

وجآء فى نحو سُئِلَ ويُقْرِئُك القولانِ وهما ان تكتب بحرف حركتها او بحرف حركة ما قبلها

Metrum بسيط emendationem vocis الكلام efflagitat. —

P. 26. Verba انّ الكسعىّ رجل الخ v. p. 95. l. 7. in sch. Quod de Mo'aidio dicitur, locum in prooemio de Sacyi p. 8. l. 2 inf.

respicit. Traditionem de Qaṣîro v. p. 291. l. 13-19, de comite viri v. p. 460. l. 7 sq. Borhân-ed-dîn Nâṣir Moṭarrezi commentarium in consessus Ḥaririi scripsit. Tota de Cosaʿijo traditio in Chr. Ar. T. III. p. 236-41 invenitur. Etsi in autographo بنبقة legitur, nomen arboris in نبعة corrigere non dubitavimus, quae vox saepissime occurrit, cfr. Ham. p. 332. v. 3 inf. Ibn Doreidi carmen Maqṣûra v. 52. Metrum versuum رجز est, metrum distichi ultimi وافر est. —

Cognomen الزَّبّاء fem. adjectivi أَزَبّ est et „coma promissa praeditam“ significat, cfr. sch. Harir. p. 447. l. 16. Hamas. p. 322. l. 9 inf. et Abulf. anteislam. ed. Fleischer p. 225 adn. Ġassanidae in partibus Syriae contiguis et superioribus Euphratis lateribus inde ab inundatione nomine سيل العرم celebrata nomine et autoritate imperatorum Graecorum regnabant. Ibi regina الزبّاء quoque floruit, cujus pater ʿAmr Amalekita secundum Pocockium (v. spec. hist. Arab. p. 67 sq.) a G'adîma occisus fuit; in urbe Mesopotamiae (الجزيرة) el-Ḥadr (الحَضْر) sedem habuit. G'adîma ille ex regibus Ḥirensibus in ʿIraqa (عراق العرب) fuit, cujus successor ʿAmr ben ʿAdi ex sorore Raqâś primus regum Lachmitarum in urbe Ḥira fuisse dicitur. In traditionibus illis antiquioribus nonnulla discrepant in nominibus et temporibus indicandis; cfr. Pocockii spec. hist. Ar. p. 67 sq. Rasmussen hist. Arab. reg. p. 4 sq. Ejusdem Additamenta p. 4 sq. Carmen Maqṣûra v. 41-42 sch. Abulf. anteislam. p. 120-23. Meid. provv. ed. Freyt. T. I. 425-29. — Nomina جَذِيمة et قَصِير sic legi, ut in editione Calcuttensi, apud Fleischerum et Freytagium scripta sunt. —

Dagfal b. Ḥanzala, ex quo traditio illa oritur, arte genealogiae et doctrina celeberrimus est, ut in usum proverbii venerit: أَعْلَمُ مِنْ دَغْفَل cfr. Meid. provv. ed. Freytag T. II. p. 162. —

فتجلّل العصا, pro quo in autographo فتخلّل العصا scriptum est, in textum recipere non dubitavimus; occurrit idem verbum in versu Hamasae p. 311 v. 3 inf.

تَجَلَّلْتُ ٱلْعَصَا وعَلِمْتُ أَنِّى رَهِينُ مُخَيَّسٍ إن أَدْرَكُونِى

„Equum conscendi et intellexi, me carceratum futurum esse, si me assecuti essent" qui versus in scholiis Haririi p. 201 quoque legitur, ubi pro مخيّس scriptum est محبّس; de dicto رَهِينُ محبّس (propr. obses carcerati) cfr. Chr. Ar. T. III. p. 90. — Metrum وافر est; verbum تَجَلَّلْتُ in sch. explicatum est: ركبته فصرت فوق ظهره بمنزلة الجلّ.

Metrum versuum ez Zabbae رجز est; apud Abulfedam anteislam. ed. Fleischer pro وئيدا legitur رُوَيْدًا, et pro رُبَّضًا eodem sensu جُثَّمًا. —

Relationem in cons. Hag'rensi, quam Nâsîf respicit, vid. p. 551. l. 6 in scholiis. —

In consessu Rahbensi.

P. 38. Verba ان شذر مذر مبنىّ لانّ الخ v. Harir. p. 105. l. 10 inf. — Secundum grammaticos Arabicos nomina ex ea causa indeclinabilia sunt, quod aut potestatem aut similitudinem particularum in se continent; ex natura et origine enim omnia declinabilia sunt. Omnia quae huc pertinent a de Sacyo Gr. Ar. T. I. p. 433. Alfyia v. 15-17, Anth. gr. p. 230 sq. satis dilucide exposita sunt. Inter indeclinabilia dictum adverbiali modo usitatum, a grammaticis مُرَكَّبٌ تضمّنىّ [compositum, ellipsin continens] appellatum, numeratur, ut e. g. hic شَذَرَ مَذَرَ pro شذرًا ومذرًا, بَيْتَ بَيْتَ pro من بَيْتٍ الى بَيْتٍ; huc etiam pertinent accu-

sativus sine nunatione post لا, omissa, ut dicunt, praepositione مِنْ, et numeralia composita ab undecim ad undeviginti, omissa particula و, exceptis vocibus إِثْنَا et إِثْنَتَا, quae cum عشر et عشرة compositae declinationem servant, cfr. Ewald. gr. T. I. p. 340., T. II. p. 45. —

In consessu Sâwensi.

P. 38. l. 6. Versum وكانت لى حيوتك الخ v. p. 107. l. 6. in sch. Metrum وافر est. De Abu-l-ʿAtâhia a. f. 211. mortuo vid. Abulfed. T. II. p. 149. 673. —

P. 38. l. 9. Verbum المآدب v. p. 108. l. 2. in sch. In Lexico Arab. Pèrsico Zamachs̀arii ed. Wetzstein T. I. p. 59. eadem verba sic explicata sunt:

وَلِيمةٌ مهمانئ عروس عَذِيرَة مهمانئ خَتْنَة وَكِيرَة مهمانئ
بِنَا بقيعة مهمانئ از سفر باز آمدن عقيقة مهمانئ موى
باز كردن از كودك خُرْس مهمانئ زادن مهمانئ ولادت *

P. 40. Versum ومِنْ بَعْدُ فلابُدَّ الخ v. p. 110. l. 2 inf. in text. Rectissime Nâsîf hic emendat, cum poëma nostrum e genere مُسَمَّط appelato sit [i. e. ubi hemistichia ejusdem rhythmi composita sunt, quae ultimum hemistichium rhythmum versus principalem continens sequitur. Cfr. Gladwin dissert. p. 21 sq.]. Sacyus quoque ipse versum emendatum in sch. p. 464. l. 5 inf. exhibet. التوجيه in arte metrica vocalis appellatur, quae litterae روىّ g'ezmatae praecedit, cujus incongruentia in versibus termino technico سِناذُ التَّوْجيه nominatur, cfr. de Sacy Gr. T. II.

p. 657-59. Versus Motenabii est primus carminis responsum ad Seif-ed-daula continentis [v. in versione germ. illustr. Hammeri No. 242.); metrum متقارب est. —

In consessu Damasceno.

P. 40. l. 10. Versum لو كان ما بى الخ v. p. 116. l. 7 inf. Metrum كامل emendationem illam efflagitat.

P. 40. l. 6 inf. Versum كِلِينى لهمّ يا اميمَةَ الخ v. p. 120. Metrum طويل est; idem versus p. 7. l. 5 inf. et p. 286 legitur. —

Miro quodam modo verbum أُمَيْمَةَ a grammaticis in Fatham desinere traditur, quod in وسيط النحو p. 41. l. 6. sic commemoratur:

ونحو أُمَيْمَةَ بفتح التاء فى قوله شعر

كِلِينى لهَمٍّ يا أُمَيْمَةَ ناصِبٍ   ولَيْلٍ أُقاسِيهِ بَطِيّ الكَواكِبِ

فمفتوح تبعًا لفتحة ما قبلها عند ابن مالك ومعرب منصوب بالفتحة تشبيهًا له بالمركّب الاضافىّ عند ابى حيان والتاء مقحمة بين الميم وفتحها بعد الترخيم عند ابى على وفيه تكلّف وتعسّف

Verbum مُقْحَمَةٌ idem quod زائدة significat, cfr. Harir. p. 402. l. 9. in sch. —

P. 40. l. 3 inf. Versum وبحٌ باسم من تهوى الخ v. p. 123. l. 9 inf. Aptius ف pro و legi videtur; metrum طويل est. —

In consessu Bagdâdensi.

P. 42. Versum إذا دعا القانِتُ الخ v. p. 131. l. 5. —

P. 42. l. 4. Verba نذر ان يذبحَنّ مهاة v. p. 146. l. 3 inf. in consessu الفَرَضِيّة. — De usu modi energici Ibn Mâlek in Alfyia fere eadem praecipit v. 637-38:

يُؤَكِّدان ٱفعَلْ ويَفْعَلْ آتِيَا ذا طَلَبٍ أَوْشَرْطًا إِمّا تالِيَا

او مُثْبَتًا فى قَسَمٍ مُسْتَقْبِلا وقَلَّ بَعْدَ ما وَلَمْ وبَعْدَ لا

وغَيْرِ إِمّا مِنْ طَوالِبِ ٱلْجَزَا

„Imper. et Aorist., quod requisitionem indicat, vel conditionem post particulam إمّا, vel sensum affirmativum futuro tempore in juramento continet, duabis litteris ن adjunctis corroborantur. Rarissime vero haec forma adhibetur post ما, لم, لا et particulas conditionales, إمّا excepta“

Categoria طَلَب in se notiones أَمْر, نَهْى, دُعاء, اسْتفهام, تَمَنّ, عرض, تَحْضيض complectitur, cfr. Alfyia p. 169 sq. Discrimen inter terminos تحضيض et عرض v. Anth. gr. p. 206 —

P. 42. l. 8. Versum فَتُضْرَبُ خمْسُ كَفِّكِ الخ v. p. 151. l. 6., cujus metrum وافر est. Rectissime vocalis Damma vocis خمْس in Fatham corrigitur; forma enim فُعْل numerorum partitiva est. Emendatio vero verbi تَهَمْهَم in imperfectum prorsus falsa est, cum consensu omnium grammaticorum لمّا semper et necessario cum perfecto conjungatur; dictum مُنْكَمِش الذهاب nos quidem minime offendit. —

P. 44. Versum وٱبْنُ الإبْنِ الصّريح الخ v. p. 152. l. 3. Metrum خفيف praeter etymologiam vocis ابن (cfr. antea p. 12.) emendationem efflagitat. —

In consessu Magribensi.

P. 44. l. 6. Versum نحن قومٌ متى دُعينا الخ vid. p. 155. l. 3 inf. Metri quidem causa, quod خفيف est, emendatio illa non necessaria videtur, cum pes فاعلاتن in فعلاتُ mutari possit. Particulae لعلّ sive علّ a grammaticis notio الترجّى tribuitur, eodem modo, quo particulae لَيْتَ notio التمنّى, qua optatio rei impossibilis indicatur. —

In consessu القَهْقَرِيّة

P. 44. l. 5 inf. Versum قوم تميم هم الخ v. p. 164. l. paenult. Metrum a Nâsîfo restitutum بسيط est.

In consessu Sing'ârensi.

P. 44. l. 2 inf. Versum فقَدْ بَانَ عُذْرِى الخ v. p. 180. l. 8-9. Nulla emendationis causa est. —

P. 46. Versum كم عاشق الخ v. p. 183. l. 6 inf.

P. 46. l. 6. Versum وكم لظلام الليل الخ v. p. 183. l. ult. Quintus est versus carminis in Aegypto apud Câfûrum compositi (cfr. No. 253 in vers. germ. Hammeri,) cujus metrum طويل est. De Mâni et asseclis cfr. Schahrest. ed. Cureton, I, p. 188 sqq. Certe quidem vocalis „u“ a Sacyo false posita videtur. —

In consessu Nasîbinensi.

P. 46. l. 10. Versum خُذا حَذَرًا يا كَنَّتىّ الخ v. p. 188. l. 6. in sch.

P. 48. l. 4 inf. Verba فكأنّ قد غدا الخ v. p. 191. l. 1. Quaestio, de qua hic agitur, satis difficilis est, quare doctrina grammaticorum Arabicorum proponenda videtur. Primo igitur tenendum est, particulam أَنْ, ubicunque conjunctivum non regat, neque المصدريّة sit [i. e. cum verbo sequente idem valeat quod nomen actionis], ex particula أَنَّ reduplicatione omissa decurtatam esse. Quod semper post verba sciendi et interdum post verba credendi [علم et ظنّ] locum habet; sic enim in loco Coranico Sur. 5, v. 75. وَحَسِبُوا أَنْ لَا تَكُونَ فِتْنَةٌ verbum تكون utroque modo, et in modo indicativo et conjunctivo legitur. Quo melius particula أَنْ sic usitata, a particula أَنْ المصدرية conjunctivum regente distinguatur, a verbo per particulas قد, س, سوف, لم, لو separatur; أن enim illud (المَصْدَرِيّة) verbum sine voce intercedente post se habet. — Quae particula أَنْ ex أَنَّ allevata, quamquam plerumque nullum nomen habet, quod in accusativo regat, nihilo minus nomen omissum virtualiter regere (scilicet: ضمير الشأنُ), et quod sequitur صفة sive خبر nominis illius omissi esse existimatur. Quod ad formam illam decurtatam أَنْ pro أَنَّ attinet, eadem in إِنْ, لاكِنْ et كَأَنْ invenitur, ex quibus إِنْ vim suam regentem retinere potest e. g. إِنْ زيدًا لمنطلقٌ et إِنْ زيدٌ لمنطلقٌ, لاكِنْ amittit, ut in loco Sur. 4, 160. .... لاكِنِ الراسخون فى العِلْم مِنْهُمْ, كَأَنْ semper ut أَنْ regit. De his ultimis particulis, quae maxime necessaria sunt ex libro Ibn Hiśâmi transscribere non alienum nobis videtur:

وامّا أَن المفتوحة فانّها اذا خفّفت بقيت على ما كانت عليه من وجوب الإِعْمال لكن تجب فى اسمها ثلاثة امورٍ أَنْ يكونَ ضميرًا لا ظاهرًا وأَنْ يكونَ بمعنى الشأن وأَنْ

يكونَ محذوفًا ويجب فى خبرها اَنْ يكونَ جملةً لا مفردًا فإنْ كانت الجملة اسميّةً او فعليّةً فعلُها جامدٌ او فعلُها متصرّفٌ وهو دعاء لم تحتجْ الى فاصلٍ يفصلُها مِنْ أنْ مثالُ الاسميّة قولُه تعالى أَنِ ٱلْحَمْدُ لِلَّهِ رَبِّ ٱلعالَمِينَ تقديرُهُ انّه الحمد لله اى الامر والشأن خُفِّفَتْ وحُذِفَ اسْمُها ووَلِيَتْها الجملةُ الاسميةُ بلا فاصل ومثالُ الفعليّة التى فعْلُها جامدٌ وأَنْ عَسَى أَنْ يَكُونَ قَد ٱقْتَرَبَ أَجَلُهُمْ وأَنْ لَيْسَ لِلإِنْسانِ إِلّا ما سَعَى التقديرُ انّه عسى وانّه ليس ومثالُ التى فعْلُها متصرّفٌ وهو دعاء والخامِسَةَ أَنْ غَضِبَ اللّهُ عَلَيْها فى قرأة من خَفَّفَ وكسر الضادَ فإنْ كان متصرّفًا غير دعاء وَجَبَ ان يكون مفصولا مِنْ أَنْ بواحدٍ من اربعة وهى قد نحو ونَعْلَمَ أَنْ قَدْ صَدَقْتَنَا او حرف التنفيس نحو عَلِمَ أَنْ سَيَكونُ مِنْكُمْ مَرْضَى او حرف النفى نحو افلا يَرَوْنَ أَنْ لا يَرْجِعُ إِلَيْهِمْ قَوْلًا او لو نحو واَنْ لَوِ ٱسْتَقامُوا وربّما جاء فى الشعر بغير فصل .... وربّما جاء اسمُ أَنْ ضرورةً فى شعر مصرّحًا به غير ضمير شأن فيأتى خبرُها حينئذ مفردًا وجملةً وقد اجتمعا فى قوله

بأَنْك ربيع وغيث مريع وأَنْك هناك تكون الثمالا

Dictum أَنِ الحَمْدُ لِلَّهِ رَبِّ العالمين v. Sur. 10, 11; dictum أَنْ لَيْسَ ;Sur. 7, 184. وأَنْ عَسَى أَنْ يَكُونَ قَد ٱقْتَرَبَ الخ والخامِسَةَ أَنْ غَضِبَ الله ;v. Sur. 53, 40. للانْسَانِ الّا ما سَعَى عَلِمَ ;Sur. 24, 9. ونَعْلَمَ أَنْ قَدْ صَدَقْتَنَا ;Sur. 5, 113. عليها

أَفَلَا يَرَوْنَ أَنْ لا يَرْجِعُ Sur. 73, 20.; أَنْ سَيَكُونُ مِنْكُمْ مَرْضَى
إِلَيْهِمْ قَوْلًا Sur. 20, 91.; وأَنْ لَوِ ٱسْتَقَامُوا Sur. 72, 16.

De particula كَأَنْ sic pergit:

اذا خفّفت كأن وَجَبَ إعمالها كما يجب اعمال أَنْ
ولكنّ ذكرَ آسْمها أَكْثَرُ مِنْ ذكر آسْم أَنْ ولا يلزم ان يكونَ
ضميرًا .... واذا كان الخبر مفردًا او جملةً اسميّةً لم
تحتج لفاصل فالمفردُ كقوله كأَنْ ظبيةٌ فى رواية مَنْ رَفَعَ
والجملة الاسميّة كقوله

وصدرٍ مُشْرِقِ النحرِ كأَنْ ثدياه حُقّانِ

وإنْ كان فعلًا وَجَبَ ان يُفْصل منها امّا بلم او قد فالاوّل
كقوله تعالى كَأَنْ لَمْ تَغْنَ بِٱلْأَمْسِ وقول الشاعر

كأنْ لم يكن بين الحجون الى الصفا أنيس ولم يسمر بمكة سامر

والثانى كقوله

أَزِف الترحّل غير أنّ ركابنا لمّا تزل برحالنا وكأنْ قَد
اى وكأَنْ قد زالَتْ فحُذِف الفعلُ

Si كأَنْ ظبية exemplum particulae كأَنْ praedicato suo proxime adjunctae existimatur, necessario ظبيةٌ in nominativo legendum est, sic ut restituendum sit كأنّها ظبية (quasi dorcas sit); sin in accusativo legitur, exemplum antecedentis est, particulam كأَنْ et nomen et pronomen in accusativo regere. — Versus وصدر مشرق الخ metrum وافر est; significat: „et pectus cum jugulo fulgente, cujus mammas duas pyxides dixeris."

Dictum Coranicum كَأَنْ لَمْ تَغْنَ بِٱلْأَمْس vid. Sur. 10, 25. Habemus hic priorem versum a Nâsîfo allegatum, scl. كَأَنْ لم الخ;

versus est carminis antiquissimi auctore ultimo G'orhamidarum, qui provinciam Hig'âzam ditione tenuerunt, cfr. Abulf. anteisl. p. 192 et Schultens monum. vetust. Arab. p. 1 sqq. Hâg'ûn et Safâ sunt nomina propria montium prope Meccam. Metrum طويل est. —

Versus sequens ex carmine Nâbigae Dobjânidae (cfr. de Sacyi Ch. T. II. p. 414) sumptus est; sine versu sequente intelligi sensus non potest: فى إثر غانية رمَتْك بِسَهْمِها فأصاب قلْبَك غير أنْ لم تقْصَدِ .. Appropinquat profectio nostra, nisi quod cameli nostri sellas portantes nondum vestigia mulieris castae reliquerunt (sed reliquisse jam videntur), quae sagitta te petiit et cor tuum nolens vulneravit."— Metrum كامل est, cujus causa legendum est قدِ, تقصَدِ, vid. Hamasa p. 480 l. 12 in sch. et infra in cons. 'Siraz p. 63. — Qua disputatione praemissa statuendum est, illustrissimum Sacyum, cum كأنّ sine nomine, quod in accusativo regat, non usitatum sit, hic errasse, et legendum esse فكأنْ الخ, quod edit. Calc. quoque habet. — Cum regulis quas exhibuimus cfr. de Sac. Gr. T. II. p. 22. adn., 563, 570; Anth. gr. p. 247 sq.; Alfyia v. 194-97; Har. p. 311. l. 5. et sch. — De significatione particulae كأنّ adnotandum est, ex auctoritate Arabum adhiberi للتشبيه e. g. كَأَنَّ زَيْدًا أَسَدٌ aut للظنّ i. e. ad dubitationem indicandam e. g. كَأَنَّ زَيْدًا كاتبٌ, quod posterius maxime, ubi cum nomine derivato (مُشْتَقّ) compositum est, locum habet; sin praedicatum nomen primitivum est [جامد], potissimum للتشبيه adhibetur. —

P. 48. Versum ونقّرى ما شئت الخ v. p. 192. l. 8. in sch. Metrum رجز emendationem efflagitat. —

In consessu Râgensi.

P. 48. l. 6. Versus يا عابث الفقر الخ v. p. 206 inf.

P. 48. l. 6 inf. Verba ولقد قمت للّه الخ v. p. 213. l. 5. Nunatione propter vocem sequentem ابن amissa cum عَمْر ab عُمَر distingui non possit, rectissime, ut de Sacyus scripsit, littera و adjuncta est. Cfr. de Sacyi Gr. T. I. p. 109.

De hamza vocis ابن cfr. antea in cons. Ḥolwân. —

In consessu Euphratensi.

P. 50. Versum ولو مازج النارَ فى حرّها الخ v. p. 217. l. 8. inf. Metrum متقارب emendationem efflagitat. —

P. 50. l. 4. Verba انّ ضبّة حجّ فوافى عكّاظًا v. p. 218. l. 8 inf. Certe quidem de Sacy in Tes̓dîdo ponendo vocis عُكاظ erravit; utrum perfectam an imperfectam declinationem habeat, in medio relinquimus. Lexica cum Sacyo in scribendo عُكاظًا p. 546. l. 5. consentiunt, quamquam metrum versus كامل hic quidem بعُكاظَ legi jubet.

P. 50. l. 8. علوتُ بياضَ مفرقه الخ v. p. 219. l. ult. Metrum وافر emendationem efflagitat. Idem versus in provv. Meid. ed. Freytag T. II. p. 73. legitur. —

P. 50. l. 8 inf. Versum لا تبدحنّ آمْرءا الخ v. p. 224. l. 4. Metrum بسيط emendationem efflagitat; apud Meid. T. II. p. 485 idem versus legitur. —

P. 50. l. 6 inf. Verba انّ سهيلا يمانٍ الخ v. p. 240. l. 9 inf. Utraque forma et يمنّى et يمانّى, unde forma decurtata est يمانٍ, invenitur; idem in adjectivum ex شأم derivatum cadit, de quo in lexico مُخْتَصَر الصحاح haec docentur:

... ورجل شأمّى وشآمٍ على فعالٍ وشآمّى ايضا حكاه سيبويه ولا يقال شأمٍ وما جاء فى ضرورة الشعر محمولٌ على انّه آقتصر فى النسبة على ذكر البلد

Certissime geminatio illa litterae ى ex pronuntiatione orta est, sed ubi non obstat necessitas metrica, observanda est; cfr. illustr. Ewald. gr. Ar. T. I. p. 151 adn.

In consessu Qaṭîʿensi.

P. 52. Versum كانّها بيت عطّارٍ الخ v. p. 243. l. 2 inf. Metrum بسيط emendationem efflagitat; in autographo vocales verbi تضمّنه adjectae sunt. —

P. 52. l. 5. Versum ضيف المّ برأسى الخ v. p. 248. l. 7. Est primus versus carminis No. 18. in versione Hammeri; emendandi nulla causa est. —

In consessu Caraǵensi.

P. 52. l. 6 inf. Versum دَع المكارِمَ الخ v. p. 261. l. 6 inf. Metrum بسيط emendationem efflagitat; versus emendatus p. 228. l. 3 inf. legitur. —

In consessu er-Raqṭâ appellato.

P. 52. l. 2 inf. Versum تقضم الجمر والحديد الخ v. p. 263. l. 9. in sch. Secundum explicationem scholii rectissime Nâsîf emendat; Sacyus vero sensit hoc: „Carbones et ferrum hostes manducant, infra quod manducatio sacchari Ahwazensis est.“ Carmen totum vide in versione Hammeri No. 111. —

P. 54. Verba انّ أهلها كان طائفتين v. p. 263. l. 14. in sch. Cum subjectum hic propter انّ praecedat, verbi subjectum pronomen rediens existimatur (cfr. antea p. 86.), quod cum ad nomen collectivum redeat, plurale esse debet; cfr. de Sacy Gr. T. II. p. 238 et Ewald T. II. p. 189 sq. Metrum versus بسيط est. —

P. 54. l. 4. Verba ألا تَجْلِسُ إلى مَنْ الخ v. p. 264. l. 7. Particula ألا, quamquam ex origine ex particula ا interrogativa et لا composita est, inter particulas animum advertentes [حروف الاستفتاح s. التنبيه] cum أمّا et ها enumeratur; cfr. de Sacy Gr. T. I. p. 528. Anth. gr. p. 276. —

P. 54. l. 7. Verba وامّا كلمة لا فعدّها الخ v. p. 272. l. 3. in sch. Si Sacyus, ut Nâsîf vult, litteram lenem ا per dictum كلمة لا indicasset, rectissime Nâsîfus emendasset; sententiam vero illam id ipsum refellit, quod has binas litteras pro singula usurpari vulgare esse aït. Indicavit vero Sacyus, sive particulam negativam لا ut, p. 273. l. 3. occurit, sive syllabam لا, ut in voce p. 273. l. 1. أخْلاقُه, in hac epistola, ubi alternae litterae punctis diacriticis instructae sunt, pro una littera habendam esse, quare in dicto كلمة لا nihil vituperandum est. Ibn Hiŝâm inter verba كلمة et لفظ sic distinguit:

تُطْلَق الكلمةُ فى اللغة على الجملة المفيدة وفى الاصطلاح على القول المفرد والمراد بالقول اللفظ الدالّ على معنى كرجل وفرس والمراد باللفظ الصوت المشتمل على بعض الحروف سواء دلّ على معنى كزيد او لم يدلّ كديز مقلوب زيد

Celeberrimi Arabum grammatici consentiunt, litteras alphabeti viginti octo esse; littera enim ا sive quiescens sive hamzata una existimatur; لا vero tantummodo propter formam externam inter litteras alphabeti enumeratur. In cod. Hauniensi, supracommentarium in comment. Beiḍawii continente et inscripto: حاشية مولانا عصام الدين على تفسير القاضى البيضاوىّ ad vocem الهمزة p. 11. l. 24. in edit. Fleischeri hoc adnotatur:

عدّ الهمزة من الحروف الثمانية والعشرين كما يدل عليه قوله من الثلاثة عشر الباقية بناء على ان لا يعدّ الالف حرفا برأسها بل يجعل مع الهمزة حرفا والأولى الالف لئلّا يتوهّم كونها تسعة وعشرين *

In consessu Bedewensi.

P. 54. l. 2 inf. Verba اتاها واوهمها الخ v. p. 284. l. 12. in sch. De voce عمرو vide antea p. 48. —

P. 56. l. 1. Verba لَئِنْ لم يَنْجُ الخ v. p. 288. l. 8. Rectissime Nâsîf emendat. —

In consessu Samarqandensi.

P. 56. l. 4. Versum فانّك واستبضاعك الخ v. p. 294. l. 3. in sch. Versus emendatus in provv. Meidan. T. II. p. 350. invenitur; metrum طويل est. —

9 *

P. 56. l. 7. Versum يا مانع الضيم الخ v. p. 299. l. ult. Metrum بسيط emendationem efflagitat. —

In consessu Wâsiṭensi.

P. 56. l. 8 inf. Verba فكيف أُفْلَتَّ الخ vide p. 308. l. 7.

P. 56. l. 5 inf. Verba لأَصِلَك بِأُخْرَى مليحةً v. p. 319. l. 1-2.

P. 56. l. 2 inf. Versum ايا ملبسًا نعما الخ v. p. 319. l. 5 inf. Rectissime Nâsîf mutavit in ايا ملبس النُّعْمى, praesertim cum propter nomen conjunctivum التى articulus abesse non possit. Participium activum articulo definitum, qui locum nominis conjunctivi الذى tenet, nomen nullo temporis discrimine eodem modo, quo verbi tempus praeteritum et futurum, regit; sine articulo autem illud tantum, de tempore praesente et futuro adhibitum, ut verbum regit. Quod ab Ibn Hiŝâmo sic expositum est:

...... إنْ كان بالْ عمِلَ مطلقًا ماضيًا كان او حالًا او مستقبلًا نحو جاء الضارب زيدًا امس او الان او غدًا وذلك لانّ ال هذه موصولةٌ وضارب حالٌّ محلَّ ضَرَبَ إنْ اردت المضىّ او يضرب إنْ اردت غيره والفعل يعمل فى جميع الحالات فكذا ما حلّ محلّه .... وإنْ كان مجرّدًا منها فانّه يعمل بشرطَيْن احدُهما ان يكون بمعنى الحال او الاستقبال لا بمعنى المضىّ وخالف فى ذلك الكسائىّ وهشام وابن جنّىّ فأجازوا إعماله اذا كان بمعنى الماضى واستدلّوا

بقوله تعالى وَكَلْبُهُمْ بَاسِطٌ ذِرَاعَيْهِ بِٱلوَصِيدِ وأُجيب بانّ ذلك على ارادة حكاية الحال ألا ترى انّ المضارع يصحّ وقوعه هنا فتقول وكلبهم يبسط ذراعيه ويدلّ على ارادة حكاية الحال انّ الجملة حالية والواو واو الحال وقوله سبحانه وتعالى ونُقَلِّبُهُمْ ولم يقل وقلبناهم الشرط الثانى اَنْ يعتمد على نفى او استفهام او مُخْبَرٍ عنه او مَوْصوفٍ مثال النفى قوله الخ

Dictum Coranicum وكلبهم باسط ذراعيه الخ vid. Sur. 18 v. 17. Simile exemplum, ubi participium tempore praeterito regere videtur. vid. Ḥam. p. 37 vers. مِمَّنْ حَمَلْنَ به وهُنَّ عَواقِدٌ الخ Quare النعمى recte per ى scribatur, vid. antea p. 87. et Ḥar. p. 543 in sch. lin. ult. —

In consessu Ṣûrensi.

P. 58. l. 8 inf. Dictum نَعَزَمْتُ عليه بِمُصَّرِفِ الأَقْدارِ لِيُعْرِفَنِى الخ v. p. 324—25. — Recte Nâsîf لِ in لَ corrigere videtur; ed. Calc. لَيُعَرِّفُنى habet. De لام التعليل cfr. de S. Gr. I. p. 474. — Vox المجرّد de verbo indicat, nullam particulam, quae modum conjunctivum vel conditionalem postulet, antecedere; sic in Alfyia v. 677.

اِرْفَعْ مُضارِعًا اذا يُجَرَّدُ   من ناصِبٍ وجازِمٍ كَتُسْعَدُ

De futuro energico sive نون التوكيد v. antea p. 42 et adn. Aoristus indeclinabilis existimatur in tertia pers. fem. pl., ubi

g'ezmatus est [مَبْنِىّ على السكون] e. g. النسوة يقمْن, et quando littera نون التوكيد arcte adjuncta auctus est, e. g. يَفْعَلَنَّ, ubi in vocalem „a“ desinit [مَبْنِىّ على الفتح] quare Nâsîf hic dicit مع نون التوكيد للبناء. Ubi vero inter ن et ultimam verbi radicalem littera intercedit, quae vel scripta e. g. يَكْتُبَانِّ vel omissa est e. g. يَكْتُبُنَّ pro يكتبُونَّ, indeclinabilis non existimatur. — Quod in Alfyia v. 20 sic expositum est:

...... وأَعْرَبُوا مُضارِعًا إِنْ عَرِيَا

مِنْ نُونِ تَوْكِيدٍ مُباشِرٍ ومِنْ نُونِ إناثٍ كَيَرُعْنَ مَنْ فُتِنْ

P. 58. l. 3 inf. Dictum حتّى اذا ٱسْتَنْزَفَ الدَمْعَ اسْتَنْصَتَ الجَمْعَ الخ v. p. 331 l. 6—7. — Pro أَسْمَعَ, quod cum clausula antecedente الجَمْعَ minus bene congruit, edit. Calc. lectionem scholii أَرْعِنِى السَّمْعَ habet. — الإِغْراء terminus technicus est in وسيط النحو sic definitus:

هو معمول بتقديرِ ٱلْزِمْ ٱلْزِمْ مفردًا كان او مضافًا مكرّرا او معطوفًا عليه نحو العهدَ العهدَ وأَخاكَ اخاكَ وطاعةَ اللهِ وطاعةَ الرسول اى ٱلْزِمْ Cfr. Alfyia p. 156.

In consessu Ramlensi.

P. 60. l. 2. Versum قَلْقِلْ ركابك فى الفلآ الخ v. p. 334 l. 7. Rectissime Nâsîf emendat, cum in forma فلا, plurali vocis فلاة, nulla Meddae causa adsit. —

P. 60. l. 5. Verba فاذا هو الضّالّةُ التّى الخ v. p. 341 l. 6. Editio Calc. quoque ult. أَنْشَدَها habet. Verbum إِصْراف terminus technicus idem, quod vulgo إِقْواء appellatur, significat,

scil. incongruentiam vocalis litterae الرّوىّ; cfr. Chr. Ar. T. III. p. 117 et Freyt. Darst. der arab. Verskunst. p. 329. adn. 1.

Metrum versus رأَيْتَكَ إنْ مَنَعْتَ الخ, cujus similis p. 497. l. 5. inf. invenitur, وافر est. Locum فقَضَيْناها الخ v. Harir. p. 50. l. 4.; الحرفَةُ الّتي وَضَعَ الخ v. p. 577. l. 6. Optime congruentiam lectione أُنْشَدَها Nâsîf restituit, qua significatione verbum in versu Motenabbii a Sacyo p. 451. l. 1. laudato occurrit:

بذى الغباوة من إنْشادها ضرر كما تَضُرُّ رياحُ الورد بالجُعَل

ubi infinitivus إنشادها sic passive explicatur: يعنى انّ الجاهل يتضرر بشعرة إذا أُنْشِدَ. —

In consessu ʿSîrâzensi.

P. 62. l. 3. Versum انّ التى عاطيتنى الخ v. p. 391 l. 8. in sch. Rectissime Nâsîf vocali addita versus restituit, cum rhythmus in vocalem desinat [مُطْلَق] cfr. Ḥamasa p. 480. l. 12; idem versus emendati in Anth. gr. p. 52 leguntur, metrum كامل est. Versum Ibn-el-Fâreḍi vide p. 8 et adn. —

Cum verbum دعا cum لِ constructum significet bene precatus est, recte Nâsîf ل in على, quae praepositio hic semper in malam partem adhibetur, corrigit. —

P. 62. l. 7. Versum خلطنا دما الخ v. p. 391. l. 10 inf. Metrum طويل emendationem efflagitat. —

P. 62. l. 4 inf. Versum ألا دارها بالماء الخ v. p. 391. l. 5 inf. De poëta Abu-Nuwâs cfr. Chr. Ar. T. I, p. 42; metrum carminis طويل est. Pronomen verbi توارت et cetera pronomina

feminina sunt, cum ad vocem subintellectam خَمْر se referant, quae in versibus antecedentibus fortasse posita est; saepissime vero pronomen nomine antecedente omisso, ubi hoc facile intelligitur, adhibetur; e. g. in Dozyi Hist. Abbadidarum p. 23.

ولمّا شُغِلَ عن منادمة خواصّ دولته بمنادمة العقائل قال

لقد حَنَنْتُ الى ما أَعْتَدتُ من كَرَمٍ
حنينَ أرضٍ الى مستأخرِ المَطَرِ
فهاتها خَلَفًا أَرْضَى السَماحَ بها
محفوفةً في اكفّ الشرب بالبدرِ

„Profecto liberalitatem consuetam exercere desidero, ut terra pluviam tarde venientem desiderat; porrige igitur per successionem*) illud [i. e. vinum], quod largiter dare cupio, in manibus potorum oculis lunaribus circumdatum [i. e. poculis a pueris instar lunae pulchris circumlatis]. —

In consessu Meliṭeno.

P. 64. l. 5. Versum بل انت تدرين الخ v. p. 393. l. 11 in sch. Ex Lebîdi Moʿallaqa v. 57. est; rectissime Nâsîf metrum كامل restituit. —

P. 64. l. 8. Versum يا ايّهذا الخ v. Harir. p. 398 l. 3 inf. De regulis casus exclamationis cfr. p. 105 sqq. et Alfyia v. 586. —

In consessu Ṣaʿadensi.

P. 64. l. 4 inf. Versum صعدة نابتة الخ v. p. 407. l. 6 inf. Rectissime Nâsîf versum corrigit, cum particula أَيْنَما

*) i. e. ita ut pocula poculis succedant. Per خلفا tollitur illa difficultas, quae Dozyum sollicitum habuit.

inter الجوازم sit et verbum utriusque propositionis, si aoristus adhibitus est, in modo conditionali requirat cfr. de Sacy. Gr. Ar. T. II, p. 32. sq. et Alfyia v. 696. sq. —

In consessu Merwensi.

P. 64. l. 2 inf. Versum انّ الليالى للانام مناهل الخ v. p. 428. l. 9 inf. Metrum كامل emendationem efflagitat. —

In consessu 'Omânensi.

P. 66. l. 2. Versum أرى الحرمان الخ v. p. 442 l. 1. in sch. — Recte Nâsîf corrigit, metrum enim وافر primum pedem jambum habet. — Elementa pedum [أركان], nominata أصول, metrici Arabici in tria genera dividunt, سَبَب, وَتَد, فاصلة, quorum quodque duas species comprehendit: سَبَبٌ ثقيلٌ سَبَبٌ خَفيفٌ, فاصلَةٌ كُبْرَى فاصلَةٌ صُغْرَى, وَتَدٌ مَفْرُوقٌ وَتَدٌ مَجْمُوعٌ Valorem syllabarum, quas unumquodque continet, ex ordine in singulis verbis dicti illius habes: لَمْ أَرَ عَلَى ظَهْرِ جَبَلٍ سَمَكَةً; وَتَد مجموع igitur verbo على i. e. ⏑ – aequivalet. Cfr. Sac. Gr. Ar. T. II, p. 619. —

In consessu Tebrîzensi.

P. 66. l. 7. Versum تفنّنت فى الخ v. p. 452. l. 8 inf.; — metrum, quod خفيف est, syllabam ante تفنّنت postulat, qua

وانت الّذى تلوى الجنودُ رؤسَها اليك وللأَيْتام انت طعامُها

ولا بدّ ان يكونا مقدّمين على الموصول وامّا فى صورة التأخير نحو الذى قام انا وانت فتعيّن الغيبة كما فى صورة التشبيه نحو انا حاتم الذى وهب الالوف اى مثل حاتم وهب الالوف وانت الذى قَتَل مَرْحبًا اى مثل علىّ رضى الله عنه قتل مرحبا

Versus Ferazdaqi sic vertendus est:

„Tu es, ad quem milites se vertunt, tu es, qui orbos alis.“ Locus Coranicus إِنَّكُمْ قَوْمٌ تَجْهَلُونَ est Sur. 7, v. 134.

Hanc dicendi speciem rhetorici ad categoriam التغليب [ubi sensus rationi grammaticae praevalet] referunt; de qua re in تلخيص المفتاح haec leguntur:

والتغليبُ يجرى فى فنونٍ كقوله تعالى وكانت من القانتين وقوله تعالى بل انتم قَوْمٌ تَجْهَلُون ومنه أَبَوان ونحوه

Dictum وكانت من القانتين v. Sur. 66, 12.

Explicationem ex commentario المختصر adjungimus:

من القانتِين غُلِّب الذَكَر على الانثى بان أَجْرى الصفةَ المشتركةَ بينهما على طريقة اجراءها على الذكور خاصّة تجهلون غلّب جانب المعنى على جانب اللفظ لانّ القياس يجهلون بياء الغيبة لانّ الضمير عائد الى قوم ولفظه لفظ الغائب لكونه اسما مظهرا لكنّه فى المعنى عبارة عن المخاطبين ابوان للأب والأم ونحوه كالعُمَرَيْن لابى بكر وعمر والقمرَيْن للشمس والقمر

Interpretatio Nâsîfi valde laborat, cum propositio انّكُمْ قَوْمٌ sensu paene cassa sit. Neque Beiḍawi illam commemorat. Versum Ḥaririi يا مَنْ سَمَا الخ v. p. 398. l. 5.; versum يا قاضِيَ الخ v. p. 523. l. 1. Habemus igitur hic locum grammaticae, ubi usus rigori scholastico repugnat et praevalere videtur. Codices Ḥaririi quos consului hic quidem cum Nâsîfo consentiunt; editio Calc. Sacyo adstipulatur. —

P. 68. l. 6 inf. Verba ولا كلّ وَقْتٍ الخ v. p. 458. l. 5. Emendatio minime necessaria videtur, cum تُسْمَعُ الأَراجيزُ praedicatum τοῦ كلّ وَقْت, in quo pronomen rediens عائد omissum sit, existimari possit; Editio Calc. ut Sacyus. —

In consessu Nag̀rânensi.

P. 68. l. 2 inf. Verba صباحَ مساءَ مبنيان الخ v. Ḥarir. p. 472. l. 6. in sch. —

P. 70. l. 5. Versum لهُ إذ يَرْتَوِى طَيْشانُ صادٍ الخ v. p. 475. l. 2. De forma فَعَلان verbis motum significantibus propria v. Sac. gr. T. I. p. 286. adn. et Ewald Gr. Ar. I. 378. De congruentia inter formam et significationem verborum locum, qui optime doctrinam grammaticorum explanat, ex libro commemorato تلخيص المفتاح hic commemorare non alienum videtur.

Ubi de الحقيقة et المَجاز disputatur, notio الحقيقة sic definitur:

الحقيقةُ الكلمة المستعملةُ فيما وُضِعَتْ له فى اصْطلاح به التخاطُب والوضع تعْيينُ اللفظ للدلالة على معنى بنفسه

... والقولُ بدلالة اللفظ لذاته ظاهِرُهُ فاسدٌ وقد تأوّله السكّاكى

Ultima verba in مُخْتَصر sic explicata sunt:

والقول بدلالة اللفظ الخ يعنى ذَهَب بعضُهم الى ان دلالة الألفاظ على معانيها لا تحتاج الى الوضع بل بين اللفظ والمعنى مناسبةٌ طبيعيّةٌ تقتضى دلالةَ كلِّ لفظٍ على معناه لذاته فذَهَب المصنّف وجميعُ المحقّقين الى انّ هذا القولَ فاسدٌ ما دام محمولًا على ما يُفْهَم منه ظاهرًا لانّ دلالة اللفظ على المعنى لو كانت لذاته كدلالته على اللافظ لوَجَب اَنْ لا يختلف اللغات باختلاف الأُمَم وانّ يَفْهَمَ كلُّ واحد معنى كلّ لفظ لعدم آنْفكاك المدلول عن الدليل ... الخ وقد تأوّله السكّاكىّ اى صَرَفه عن ظاهره وقال انّه تنبيه على ما عليه ائمّةُ علمَىِ الاشتقاق والتصريف من انّ للحروف فى أنْفسها خواصّ بها تختلف كالجَهْر والهَمْس والشدّة والرَّخاوة والتوسُّط بينهما وغير ذلك وتلك الخواصّ تقتضى أَنْ يكونَ العالمُ بها اذا اخذ فى تعيين شىء مركّبٍ منها لمعنًى لا يُهْمِلَ التناسُبَ بينهما قضاءا لحق الحكمة كالفَصْم بالفاء الذى هو حرفٌ رخْوٌ لِكسْرِ الشىء مِنْ غير اَنْ يَبين والقَصْم بالقاف الذى هو حرفٌ شَديدٌ لكَسْر الشىء حتّى يبين فانّ لهيآت تركيب الحروف ايْضًا خواصّ كالفَعَلان والفَعَلَى بالتحريك لِمَا فيه حَركةٌ كالنَزَوان

والحَيَدَى وكذا بابُ فَعُلَ بالضمّ مثل شَرُف وكَرُم للأفْعال الطبيعيّة اللازمة

De ultima forma verborum فَعُلَ scholiastes ad Ibn-al-Ḥâg'ibi الشافية acutius quam verius adnotat:

افْعال الطبائع وهى الأفْعال اللازمة الصادرة عن الطبائع والطبيعة هى القوّة الموجودة فى الشىء التى لا شعور لها بما يصدر عنها وخُصَّ الضمُّ لانضمام الطبيعة الى الذات عند صدور هذه الافعال منها كانضمام الشفتَيْن عند خروج الضمّ منهما

Idem de forma futuri يَفْعُلُ ex praeterito فَعُلَ haec:

ضُمَّتْ عيْنُ مضارعه لا يُكْسَر ولا يُفْتَح لما مرّ من انّ فَعُلَ يدلّ على الانضمام فآختير فى الماضى منه والمضارع حركة لا تحصل الّا بآنْضمام احدى الشفتَيْن الى الاخرى لرعاية المناسبة بين اللفظ والمعنى

Rectius causam indicat, cur in forma deminutiva prima littera vocalem Ḍammam habeat:

لِيَكونَ اللفظُ موافقًا للمعنى وذلك لانّه لمّا كان فى المعنى تقليل جُعل فى اللفظ تقليل بأنْ يُضَمّ أوّلُهُ لانّ فى الضمّ تقليلًا بآنْضمام الشفتَيْن

Versus Motenabbii est ultimus carminis (No. 256. in versione Hammeri) Câfûro dedicati, cum 'Sabîb 'Oqailidam seditiosum vicisset. Adulationis Motenabbii testimonium sint hi sex ultimi carminis versus:

قَضى اللّهُ يا كافورُ أَنَّكَ أَوَّلٌ   ولَيْسَ بقاضٍ أَنْ يُرَى لك ثانِ
فما لك تَخْتارُ القِسِيَّ وإنَّما   عن السَّعْدِ يَرْمى دونك الثَّقَلانِ
وما لك تعنى بالأَسِنَّةِ والقَنا   وجَدُّك طَعّانٌ بغيرِ سنانِ
ولِمْ تَحْمِلُ السَّيْفَ الطويلَ نجادُه   وأَنْت غَنىٌّ عنه بالحدثانِ
أَرِدْ لى جميلا جُدْتَ او لم تَجُدْ به   فإنّك ما أَحْبَبْتَ فىَّ أَتانِى
لوالفَلَكُ الدَّوّارُ أَبْغضتَ سَعْيَهُ   لعوَّقَهُ شىءٌ عَنِ الدَّوَرانِ

Ad quos versus scholiastes adnotat:

وهذه ابيات ليس فى معناها لها مثل *

Sane quidem sunt hi versus incomparabiles. Hemistichium زيادةُ المرء فى دنياه الخ initium est carminis ethici poëtae celeberrimi ابو الفتح علىّ بن محمد الكاتب البُسْتىّ mortui anno fugae 404. Initium carminis hoc est:

زيادةُ المَرْء فى دُنْياه نُقصانٌ   ورِبْحُه غيرِ مَحْضِ الخيرِ خُسْرانُ
وكلُّ وِجْدانِ حظٍّ لا ثَباتَ له   فانّ مَعْناه فى التحقيق فُقْدانُ

cfr. Baillie the 5 books upon Arab. grammar. vol. III. —

P. 70. l. 6 inf. Versum يا عقار صار خلًّا الخ v. p. 479. l. 7. in sch. Recte Nâsîf hic corrigit عقارُ in عقارًا, cum propter sequentem propositionem adjectivam [صفة] indeterminatum permaneat, neque per prosopopoeiam [الإقبال s. تعريف القصد عليه] determinatum sit. De regulis casus exclamationis vide quae in adnot. ad cons. Cûfensem p. 15. allata sunt. —

In consessu hiberno.

P. 70. l. 3 inf. Dictum وكم رأيْتُ قميصًا الخ v. p. 514. in sch. l. paenult. De significatione particulae رُبَّ grammatici non

consentiunt; cfr. quae ab illustr. Sacyo in adn. 2. p. 499. T. I. Gr. Ar. dicta sunt. In هداية النحو, commentario libri الكافية, (vid. Bayllie the 5 books vol. II. p. 137.) de ربّ haec leguntur:

وربّ للتقليل كما انّ كم الخبريّة للتكثير وتستحق صدر الكلام ولا تدخل الّا على نكرة موصوفة نحو ربّ رجلٍ كريمٍ او مضمرٍ مبهمٍ مفردٍ مذكرٍ مميَّز بنكرة منصوبة نحو رُبَّه رجلا وربّه رجلَيْن وربّه رجالا وربّه امرأةً كذلك وعند الكوفيين تجب المطابقة نحو ربّه رجلا وربّهما رجلَيْن وربّها امرأةً *
cfr. Anth. gr. p. 243. —

P. 72. l. 2. Versum سَروجَ يا ناقَ فسيرى وخِدِى الخ v. p. 517. l. 7. De الترخيم cfr. Sac. gr. T. II. p. 92 et Ewald T. I. 227. In qua decurtatione verborum cum arbitrium maxime valeat neque grammatici consentiant, ne in minutiis longi simus, haec sola ex وسيط النحو de conditionibus, quibus illa permissa est, commemoramus:

وشرطه ان يكون علمًا زائدا على ثلثة احرف نحو يا حار فى حارث الا اذا كان اسمًا ملتبسًا بتاء التأنيث نحو ثبة وشاة او كان ثلاثيّا متحرّك الاوسط عند الفَرّاء كأسد ومنهم من جوّزه فى الثلاثىّ الساكن الاوسط ايضا فيقول يا زى فى زيد وأَنْ لا يكون مستغاثًا نحو يا لزيد ويا زيداه ولا مندوبًا نحو يا حُسيناه ولا مضافًا نحو يا عبد الله ولا مشابهًا له نحو يا طالعا جبلا ولا جملةً نحو يا تأبّط شرّا ومنهم من يرخم الجملة بحذف عجزها فيقول يا تابّط الخ
Cfr. Alfyia v. 609-20.

Ad quae in commentario المُخْتَصَر adnotatum est:

اصل إِن فلا تقع فى كلام الله تعالى على الاصل الّا حكايةً او على ضربٍ من التأويل واصل اذا الجزم بوقوعه فانْ وإِذا تَشْتركانِ فى الآسْتعمال بخلاف لو وتفْترقانِ بالجزم بالوقوع وعدم الجزم به ولذلك كان النادرُ لكونه غير مقطوع به فى الغالب وغُلّب لفْظ الماضى لدلالته على الوقوع قطعًا نظرًا الى نفس اللفظ وإِنْ نُقِل ههنا الى معنى الآسْتقبال الخ

Dictum فإِذا جآءتْهم الحسنةُ الخ v. Sur. 7, v. 128.

Particula قد tempori perfecto saepissime adjungitur, qua perfectum praesenti tempori admoveatur, quare haec particula حرف التقريب quoque nominatur. In وسيط النحو de hac particula sic statuitur:

... وآستعملت فى الماضى معه للتقريب تارة نحو قد قام زيد وللتوقّع أُخْرى كقول المقيم قد قامت الصلوة وقد تجىء للتأكيد كقولك قد جاء زيد لمَنْ قال لك هل جآء زيد وفى المستقبل معه للتقليل نحو انّ الكذوب قد يَصْدُقُ الخ

Cfr. Anth. gr. p. 175.

Ubi للتقريب particula قد posita est, saepissime explicatur per dictum قُبَيْلَ هذا; unde apparet, nullum offensionis locum in dicto إِذا قد عَرَفْت esse, neque quidquam magis obstare, quo minus arabice sic dicatur, quam e. g. germanice: „Da du nun soeben dieses eingesehen hast"; cujus usus exempla ubique permulta inveniuntur, e. g. Anth. gr. p. 94. l. 9. واذا قد عرفت et alibi. —

P. 74. l. 8. Versum ايّها السائلى عن الظآء الخ v. p. 545. l. 2.; versum ظهرْتُ برثٍّ لِكَيْما يقال v. Har. p. 371. l. 2.

Quamquam editio Calc. in لِكَيْما cum Sacyo consentit, usum illum particulae ما cum لكى conjunctae sensu negativo ex negligentia ortum esse, statuimus; particula enim ما ex natura sua nunquam in modis obliquis vel optativis adhibetur, cfr. Ewald. gr. T. II. p. 201.; sensu negativo كى لا dicendum esse, Hariri ipse in opere درّة الغوّاص v. Anth. g. p. 68. l. 9 inf. nos docet:

وتُكْتَبُ كيما موصولةً وكى لا مفصولةً لانّ ما المتصلة بها لم تغيّر معنى الكلام ولا المُلْحَقَة بها غيّرت معناه

De tempore post ما negativum sequente ex وسيط النحو haec transcribere nobis licet:

وما لنفى الحال اذا دَخَلَتْ على المضارع وقد تجىء لنفى الاستقبال نحو قُلْ ما يكون لى أنْ أُبَدِّلَهُ من تِلْقآء نَفْسى ولنفى الماضى القريب من الحال اذا دخلت على الماضى لكونها فى النفى مقابلةً لقَدْ فى الاثْبات نحو ما فَعَل

Locum Cor. قُلْ ما يكونُ لى أنْ أُبَدِّلَهُ الخ v. Sur. 10. v. 16.

In versu commemorato ظَهَرْتُ برثٍّ الخ sine dubio legendum est يُقالَ in modo conjunctivo, cum „ما“ otiosum [زايدة] rectionem particulae لِكَىْ non tollat [كافّة]. —

P. 74. l. 16. Versum من عَلَّم الناس الخ v. Har. p. 549. l. 3. Metrum المُنْسرح emendationem efflagitat. —

In consessu Ḥarâmensi.

P. 74. l. 3 inf. Verba نادَمْتُ الأَبْطالَ الخ v. p. 568. l. 8. Lectio Nâsîfi وقوله فَصْلُ ... vertenda est: „Tum ille dictum dijudicans edidit.“ —

P. 76. l. 6 inf. Versum فيا قوم هل كفّارة الخ v. p. 569. l. 5.; versum رأيْتُ بها الخ v. p. 564. l. 4.

P. 78. l. 3. Versum والموت أُنْصَف عند عدل الخ v. p. 599. l. ult. Metrum كامل emendationem efflagitat. —

Corrigenda.

Pag. 30. l. 2 inf.	فآقْدم	leg.	فآقْدم
„ 38. „ 5.	فالاملاق	„	فالملاق
„ 39. „ 11 inf.	... حبا وانت اليوم	„	.... اوعظ منك حبّا
„ 63. „ 10.	vocalem	„	vocalem Kesram.
„ 63. „ 6 inf.	nisi cum	„	nisi eum.
„ 69. „ 2 inf.	خسمة	„	خمسة
„ 71. „ 12.	signfi-	„	signifi-
„ 91. „ 9 inf.	فهمراته	„	فهمراته
„ 101. „ 3.	scribento	„	scribendo.
„ 101. „ 4.	ilustratos	„	illustratos.
„ 106. „ 11.	جمال	„	جبال

INDEX

rerum difficiliorum, quae in libro explicatae sunt.